


AH 5Z55 Y


I. Com
1600.2


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ET ECCLESIAE
VE
RI
TAS



J. Henry Thayer.

EUTHYMII ZIGABENI
COMMENTARIUS
IN
QUATUOR EVANGELIA.

TEXTUM GRAECUM NUNQUAM ANTEA EDITUM
AD FIDEM DUORUM CODICUM MEMBRANACEORUM
BIBLIOTHECARUM SS. SYNODI MOSQUENSIS
AUCTORIS AETATE SCRIPTORUM
DILIGENTER RECENSUIT
ET
REPETITA VERSIONE LATINA IOANNIS HENTENII
SUISQUE ADIECTIS ANIMADVERSIONIBUS

EDIDIT

CHRISTIANUS FRIDER. MATTHAEI
COLLEGIORUM IMPERALIUM ROSSICORUM ASSESSOR ET ACADEMIAE
VITEMBERGENSIS GRAECARUM LITTERARUM PROFESSOR.

EDITIO DENUO EMISSA.

TOMI I. SECTIO II.

Praefationes et Evangelium Matthaei.

BEROLINI ET LONDINI
PROSTAT APUD A. ASHER ET SOC.
MDCCCXLV.

(1977)

ΤΟΥ

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ

Cap. XXV.

De Herode Tetrarcha, qui Ioannem interemit.

Cap. XIV. v. 1. *In* — v. 2. *illo.*

Similia dicit et Marcus. Lucas vero ait: Audiuit Herodes Tetrarcha vniuerſa quae fiebant ab eo: et haerebat eo quod diceretur a quibusdam quod Ioannes ſurrexiſſet a mortuis: a quibusdam vero quod Elias apparuiſſet: ab aliis autem, quod propheta quispiam ex antiquis ſurrexiſſet: et dixit Herodes, Ioannem ego decollaui: quis eſt autem iſte de quo ego talia audio? et cupiebat videre eum.

Quomodo ergo Matthaeus et Marcus ſcripſerunt quod affirmabat Herodes ipſum eſſe Ioannem: Lucas vero, quod dicentibus hoc quibusdam, Herodes potius aſſerebat non eſſe illum. Ioannem, inquit, ego decollaui, itaque conſequens eſt non eſſe ipſum Ioannem? Quid ergo dicemus? Quod ſuſpicatus hunc a mortuis ſurrexiſſe, ac miraculorum gratiam ob iniuſtam ſui caedem a Deo accepiſſe: eis tamen qui hoc dicebant, aſſerebat non eſſe Ioannem, ne ad eum concurrerent, et contra ſe ſeditionem concitarent: ſuis autem famulis confidenter detegebat ſecretum. Nam παῖδας hoc in loco pro miniſtris poſuit Euangeliſta. Id autem eis confidit, quod hunc maxime timeret tanquam fortiorem iam effectum, et quaſi futurum eſſet, vt deinceps vehementius eum argueret. Et vide

Κεφ. ΚΕ.

Περὶ ἰωάννου καὶ ἡρώδου.

Cap. XIV. v. 1. Ἐν ἐκείνῳ — v. 2. αὐτῷ.

Τὰ ὅμοια λέγει καὶ ὁ a) μάρκος. ὁ δὲ b) λουκᾶς φησὶν, ὅτι ἤκουσεν ἡρώδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων, ὅτι ἰωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν· ὑπό τινων δὲ, ὅτι ἠλίας ἐφάνη· ἄλλων δὲ, ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη. καὶ εἶπεν ἡρώδης, ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα. τίς δὲ ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.

a) Marc. 6, 14.
b) Luc. 9, 7 - 9.

Πῶς οὖν ματθαῖος μὲν καὶ μάρκος ἔγραψαν, ὅτι διεβεβαιοῦτο ἡρώδης, αὐτὸν εἶναι τὸν ἰωάννην· ὁ δὲ λουκᾶς, ὅτι λεγόντων τοῦτό τινων, ὁ ἡρώδης μᾶλλον εἶπε, μὴ εἶναι τοῦτον. ἰωάννην γάρ, φησιν, ἐγὼ ἀπεκεφάλισα. καὶ λοιπὸν οὐκ ἔστιν ἰωάννης. τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ὑπολαβὼν, ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι τοῦτον, χαρίσματα θαυμάτων ἐκ θεοῦ λαβόντα, διὰ τὴν ἄδικον ἑαυτοῦ σφαγὴν, πρὸς μὲν τοὺς τοῦτο λέγοντας, εἶπε, μὴ εἶναι τὸν ἰωάννην, ἵνα μὴ προσδράμωσιν αὐτῷ, καὶ στασιάσωσι κατ' αὐτοῦ· πρὸς δὲ τοὺς οἰκέτας αὐτοῦ, θαρρεῖ τὸ μυστήριον. παῖδας γὰρ νῦν, τοὺς οἰκέτας εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής. θαρρεῖ δὲ αὐτοῖς τοῦτο, σφόδρα δειλιάσας τοῦτον, ὡς ἰσχυρότερον ἤδη γεγενημένον, καὶ σφοδρότερον αὐτὸν ἐλέγξοντα. καὶ ὅρα

vide rem admirandam. Is qui interemerat timet interemptum. Talis est enim qui iniquus est, vt et mortuos timeat, et talis est qui virtutem colit, vt pauorem etiam post mortem immittat viuentibus. Incidente autem occasione de Ioanne, narrat consequenter Euangelista quo modo mortuus sit.

† Herodes iste fuit filius eius qui infantes in Bethlehem interemit.

Vers. 3. *Herodes enim* — *v. 5. habebant.*

Marcus autem dixit quod Herodias insidiabatur ei, hoc est, molesta illi erat: volebatque eum occidere, nec poterat. Deinde causam quoque addidit cur illa non poterat eum occidere. Ait enim quod Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum et sanctum, ac obseruabat illum, et audiens eum multa faciebat, libenterque eum audiebat. Haec sane scripsit Marcus. Quod si sciens eum virum iustum et sanctum, obseruabat illum, quomodo dixit Matthaeus, quod volebat eum occidere, timebat autem multitudinem? Praeterea si multa faciebat eorum quae Ioannes admonebat, et si libenter eum admonentem audiebat, quare vinxit eum ac reclusit? Quia quae dicit Marcus primum facta fuerant: quae autem dicit Matthaeus, postmodum facta sunt. Primum enim Herodias negotium facessebat Ioanni, volebatque illum occidere: Herodes vero non permittebat, sciens eum virum iustum et sanctum, ideo quoque audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Quum autem vehementer illum vrgeret, arguens ac increpans

*) Neuter meorum haec agnoscit. Hentenius etiam, vti ex signo crucis ab illo addito discitur, in margine

θαυμαστὸν, ὁ φονεύσας φοβεῖται τὸν πεφονευμένον. τοιοῦτον γὰρ ὁ κακός. φοβεῖται καὶ τοὺς νεκρούς. καὶ τοιοῦτον ὁ ἐνάρετος, φόβον ἐμποιῶν τοῖς ζῶσι καὶ μετὰ θάνατον. παρεμπεσούσης δὲ τῆς κατὰ τὸν ἰωάννην ὑποθέσεως, λοιπὸν ὁ εὐαγγελιστὴς διηγεῖται, πῶς ἀπέθανεν.

† † Οὗτος [1]) ὁ ἡρώδης, υἱὸς ἦν τοῦ τὰ βρέφη ἐν βηθλεὲμ ἀποκτείναντος.

Verſ. 3. Ὁ γὰρ ἡρώδης — v. 5. εἶχον.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι ἡ ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, τουτέστιν, ἐνεκότει αὐτῷ, καὶ ὅτι ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, καὶ οὐκ ἠδύνατο. εἶτα προσέθηκε καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ δύνασθαι αὐτὴν ἀνελεῖν αὐτόν. εἴρηκε γὰρ, ὅτι ὁ ἡρώδης d) ἐφοβεῖτο τὸν ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, καὶ συνετήρει αὐτὸν, καὶ ὅτι ἀκούων αὐτοῦ, πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε. ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρησεν ὁ μάρκος. εἰ δὲ εἰδὼς αὐτὸν ὁ ἡρώδης ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον, συνετήρει αὐτὸν, πῶς εἴρηκεν ὁ ματθαῖος· ὅτι ἤθελε μὲν αὐτὸν ἀποκτεῖναι· ἐφοβεῖτο δὲ τὸν ὄχλον; καὶ εἰ πολλὰ ἐποίει, ὧν ὁ ἰωάννης παρῄνει, καὶ εἰ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε παραινοῦντος, διατί ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἀπέκλεισε; διότι, ἃ μὲν φησὶν ὁ μάρκος, πρῶτον ἐγένοντο· ἃ δέ φησιν ὁ ματθαῖος, ὕστερον ἐπεγένοντο. πρῶτον γὰρ ἡ μὲν ἡρωδιὰς ἐχαλέπαινε τῷ ἰωάννῃ, καὶ ἤθελεν ἀνελεῖν αὐτόν· ὁ δὲ ἡρώδης οὐ παρεχώρει, γινώσκων αὐτὸν δίκαιον καὶ ἅγιον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀκούων αὐτοῦ, πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως αὐτοῦ

d) Marc. 6, 20.

gine ſui Codicis reperit. Translata ſunt huc ex Theophyl. p. 80. B.

crepans eum, tandem Herodes hinc quidem deuictus molestia, hinc autem vim quodammodo ab Herodiade perpessus, iam pudorem in iram commutauit: nec omnino quiescens volebat eum occidere, timens vero multitudinem vinxit eum quasi puniens: et ligauit eum, ne varia loca circumiens obiurgaret eum. Arguebat autem illum Ioannes, vt qui contra legem haberet vxorem fratris sui. Duabus vero de caussis eum increpabat: primum quidem, quod viuente fratre suo abstulerat violenter et illius vxorem et tetrarchiam. Deinde quod etiam, quum ipsa filiam ex illo peperisset, duxerat eam: quorum vtrumque contra legem erat. Iubebat enim lex fratris vxorem ducere, non tamen adhuc viuentis, neque eam quae ab illo prolem suscepisset.

Vers. 6. *Quum autem agerentur natalitia — v. 7. peteret.*

Marcus autem dicit quod iurauit ei: Quicquid a me petieris dabo tibi vsque ad dimidium regni mei. Quum autem agerentur natalitia, hoc est, celebrarentur. Moris namque principibus erat propria festiue celebrare natalitia. Hanc autem promissionem appellat hic ὁμολόγησιν, quod tamen vocabulum saepius assensum, pactum, aut confessionem significat. Verum o magnam dementiam: et daturum se iurauit, et petitionem in manu puellae posuit, et dimidium regni sui breui saltatiuncula commutauit!

Vers. 8.

τοῦ ἤκουεν· ἐπεὶ δὲ ἐνέκειτο, σφοδρῶς ἐλέγχων αὐτὸν καὶ διασύρων, λοιπὸν, τοῦτο μὲν, ἐκνικηθεὶς ὑπὸ τῆς λύπης ἡρώδης, τοῦτο δὲ, καὶ παρὰ τῆς ἡρωδιάδος ἐκβιασθεὶς, μετέβαλε τὴν αἰδῶ πρὸς ὀργὴν, καὶ μὴ παυόμενον ὅλως, ἤθελεν αὐτὸν ἀνελεῖν· φοβηθεὶς δὲ τὸν ὄχλον, ἔδησε μὲν αὐτὸν ἀμυνόμενος, ἀπέκλεισε δὲ, ἵνα μὴ περιερχόμενος κωμῳδῇ αὐτόν. ἐπετίμα δὲ αὐτῷ ὁ ἰωάννης, ὡς παρανόμως ἔχοντι τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, κατὰ δύο αἰτίας. πρῶτον μὲν, ὅτι ζῶντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, βιαίως ἀφείλετο καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὴν τετραρχίαν· ἔπειτα, ὅτι καὶ θυγατέρα ἔχουσαν ἐξ ἐκείνου, ταύτην ἔγημεν, ἃ καὶ ἄμφω παράνομα. καὶ γὰρ ὁ νόμος ἐκέλευε μὲν γῆμαι τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ, ἀλλ' οὐκ ἔτι ζῶντος, οὐδὲ παιδίον ἔχουσαν.

Verf. 6. Γενεσίων δὲ ἀγομένων — v. 7. αἰτήσηται.

Ὁ δὲ μάρκος φησὶ, καὶ e) ὡμολόγησεν [2]) αὐτῇ, ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου. γενεσίων δὲ ἀγομένων, ἀντὶ τοῦ, τελουμένων. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἄρχουσιν ἑορτάζειν τὰ οἰκεῖα γενέθλια. ὁμολόγησιν δὲ νῦν, τὴν ὑπόσχεσιν ὠνόμασεν. ὢ πολλῆς ἀνοίας, καὶ ὤμοσε δοῦναι, καὶ κυρίαν τῆς αἰτήσεως τὴν κόρην ἐποίησε, καὶ τὸ ἥμισυ τῆς βασιλείας αὐτοῦ βραχείας ὀρχήσεως ἀπημπόλησεν! e) Marc. 6, 23.

 Verf. 8.

[2]) Hentenius, *iurauit*. Ergo ὤμοσε legit. Recte. Nec aliter hunc locum laudat Chrysost. Tom. VII. p. 497. C. Immo nec infra in contextu Marci Codices Euthymii variant.

Verſ. 8. *Illa vero — baptiſtae.*

Praemonita, id eſt edocta. Dicit ergo: Da mihi hic, id eſt, nunc in conuiuio. Marcus autem eam dixiſſe ait: Volo vt des mihi confeſtim, hoc eſt, ſtatim, repente. ³) Nacta ſiquidem Herodias tempus opportunum, ſicut iterum ſcripſit Marcus, qui dixit, Quum dies opportunus accidiſſet, quum ad ſe ingreſſa eſſet filia interrogans quid petitura eſſet, praecepit illi vt ſtatim in conuiuio peteret dari ſibi caput Ioannis: metuens ne ſi tempus illud praeterlaberetur, Herodem omnino poeniteret, vbi decocto vino ad ſobrietatem rediiſſet: vel etiam ne amicorum quidam deprecati, Ioannem liberarent.

Verſ. 9. *Et — rex.*

Contriſtatus eſt, tum quia magnum virum occiſurus erat, tum quia multitudinem in ſui odium concitaturus.

Verſ. 9. *Attamen propter — dari.*

O muliebre mancipium! periurii teſtes habere timuiſti, iniuſtae autem caedis tam multos habere ſpectatores non formidaſti? Te enim temerarie iuraſſe non oportuit: quia tamen incircumſpecte iuraſti, melius erat peierare: e duobus namque malis, leuius eſt eligendum.

Verſ. 10. *Quumque miſiſſet — carcere.*

Quum miſiſſet, videlicet ſpeculatorem aut carnificem, ſicut dixit Marcus. Clam illum occidit, ne

³) ἀπὸ κοινοῦ, τὸ Φοβηθεῖσα.

Verſ. 8. Ἡ δὲ — βαπτιϛοῦ.

Προβιβασθεῖσα, ἀντὶ τοῦ, διδαχθεῖσα. φησὶν οὖν, δός μοι ὧδε, τουτέϛιν, ἐνταῦθα, ἐν τῷ συμποσίῳ. ὁ δὲ μάρκος εἰπεῖν αὐτὴν λέγει, ὅτι f) θέλω, ἵνα μοι δῷς ἐξαυτῆς, ὅ ἐϛιν, αὐτίκα, εὐθύς. καιρὸν γὰρ ἐπιτήδειον ἡ ἡρωδιὰς εὑροῦσα, ὡς ἱϛόρησε πάλιν ὁ μάρκος, εἰπών· ὅτι καὶ γενομένης ἡμέρας g) εὐκαίρου· ἐπεὶ πρὸς αὐτὴν εἰσῆλθεν ἡ θυγάτηρ ἐρωτῶσα, τί αἰτήσεται· παρήγγειλεν αὐτίκα ἐν τῷ συμποσίῳ αἰτῆσαι δοθῆναι αὐτῇ τὴν κεφαλὴν ἰωάννου, φοβηθεῖσα, μὴ, τοῦ τηνικαῦτα καιροῦ παραδραμόντος, μεταμεληθῇ πάντως ὁ ἡρώδης, ἀνανήψας τῆς μέθης, ἢ, 3) μὴ καὶ τῶν φίλων τινὲς παρακαλέσαντες, 4) ἐλευθερώσωσι τὸν ἰωάννην.

f) Marc. 6, 25.

g) Marc. 6, 21.

Verſ. 9. Καὶ — βασιλεύς.

Ἐλυπήθη, διότι ἔμελλε μέγαν ἀνελεῖν ἄνδρα, καὶ κινῆσαι πρὸς μῖσος ἑαυτοῦ τὸν ὄχλον.

Verſ. 9. Διὰ δὲ — δοθῆναι.

Ὢ γυναικεῖον ἀνδράποδον! ἐπιορκίας μὲν μάρτυρας ἔχειν ἐδειλίασας· παρανόμου δὲ σφαγῆς θεατὰς τοσούτους ἔχειν οὐκ ἐφοβήθης; ἔδει γάρ σε μὴ προπετῶς ὀμόσαι· ἐπεὶ δὲ ἀπερισκέπτως ὤμοσας, κρεῖττον ἦν ἐπιορκῆσαι. δύο γὰρ κακῶν τὸ κουφότερον αἱρετώτερον.

Verſ. 10. Καὶ πέμψας — φυλακῇ.

Πέμψας h) σπεκουλάτωρα, ἤτοι, δήμιον, ὡς εἶπεν ὁ μάρκος, λάθρα τοῦτον ἀνεῖλεν, ἵνα μὴ καὶ

h) Marc. 6, 27.

4) τὸν ἡρώδην.

ne interfectus quoque publicaret obſcoenum concubitum: et ne multitudinem haberet, factum hoc prohibentem. Deus autem id ſuſtinuit: ſimul quidem vt iuſtum amplius coronaret, ſimul etiam vt his qui iniuſte patiuntur, conſolationis exemplum relinqueret.

Verſ. 11. *Et — lance.*

O foedum ac ferale conuiuium! quomodo non vociferati ſunt qui ſimul accumbebant, conſpicientes hominis adhuc calidi caput, quod etiamnum ſanguinem ſtillabat, ſuper menſam adductum quaſi ferculum? quomodo non exhorruerunt?

Verſ. 11. *Datumque eſt puellae.*

Execranda merces impudentis operis! Vere talis matris digna filia: quae vbi ſemel abiecit pudorem, et in conſpectu tot virorum ſeipſam in theatrum expoſuit, ac varie indecoros exercuit motus, crudelem ſibi parauit animum, lancemque auſa eſt contingere caede plenam: nec ſolum contingere, verum etiam quaſi donum aliquod gratiſſimum perferens, laetiſſime obtulit matri. Ait enim:

Verſ. 11. *Et — ſuae.*

Neque enim ſatis erat execrandae matri, quod interfectus eſſet: ſed optabat quoque in manus ſumere caput, quod in ſuam inuehebatur laſciuiam ac libidinem, vt illud contumelia afficeret, ac inſectaretur conuitiis. Huiusmodi ſunt mulieres adulterae,

5) i. e. ἐν τῷ ἀναιρεῖσθαι δημοσίᾳ.
6) τοῖς τῆς ὀρχήσεως τρυφεροῖς καὶ αἰσχροῖς σχήμασι καὶ ἅλμασι.

ἀναιρούμενος [5]) δημοσιεύῃ τὴν ἀσελγῆ μίξιν αὐτοῦ, καὶ ἵνα μὴ τὸν ὄχλον ἔξει κωλύοντα. ὁ δὲ Θεὸς ἠνέσχετο, ὁμοῦ μὲν, τὸν δίκαιον στεφανῶν μειζόνως· ὁμοῦ δὲ, τοῖς ἀδίκως πάσχουσι καταλιμπάνων παραμυθίαν.

Verſ. 11. Καὶ — πίνακι.

Ὢ μιαροῦ συμποσίου καὶ θηριώδους! πῶς οὐκ ἰλιγγίασαν οἱ συνανακείμενοι θεάσασθαι κεφαλὴν ἀνθρώπου, θερμοῦ στάζουσαν αἵματος, ἐπὶ τὴν τράπεζαν αὐτῶν εἰσαγομένην, ὡς ἔδεσμα; πῶς οὐκ ἔφριξαν;

Verſ. 11. Καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ.

Μισθὸς ἐναγὴς ἀναισχύντου πράξεως! ὄντως τοιαύτης μητρὸς ἀξία θυγάτηρ. ἅπαξ γὰρ τὴν παρθενικὴν αἰδῶ παρωσαμένη, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοσούτων ἀνδρῶν ἀσέμνως ἑαυτὴν θεατρίσασα, καὶ ποικίλως [6]) ἀσχημονήσασα, ψυχὴν ἀπάνθρωπον ἐκτήσατο, καὶ κατετόλμησεν ἅψασθαι πίνακος φόνου γέμοντος, καὶ οὐχ ἅψασθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ, καθάπερ τι δῶρον ἥδιστον, διαβαστάσαι, καὶ χαριέντως ἀποκομίσαι τῇ μητρί. [7])

Verſ. 11. Καὶ — αὐτῆς.

Οὐκ ἤρκεῖτο γὰρ ἡ βδελυρὰ μήτηρ, ἀναιρεθέντος, ἀλλ' ἐδίψα καὶ λαβεῖν εἰς χεῖρας τὴν στηλιτεύουσαν τὴν ἀκολασίαν αὐτῆς κεφαλὴν, ὥστε ἐνυβρίσαι αὐτῇ καὶ ἐπιτωθάσαι. τοιαῦταί εἰσιν αἱ μοιχευόμεναι γυναῖκες, ἁπάντων ἰταμώτεραι καὶ ὠμό-

7) Hentenius addit: Φησὶ γάρ.

terae, omnium improbiſſimae, crudeliſſimae ac ſceleſtiſſimae. Et vide quod perpetrauerit mala. Seipſam dedecore affecit, ſuumque virum Philippum et adulterum Herodem ac filiam. Deinde occidit quidem adulterii inſectatorem, vt adulterium committens, eos qui tunc erant lateret: ſed quia ipſum occidit, non ſolum illos non latuit, verum etiam poſteris publicatum eſt: ſemperque in vniuerſo mundo publicatur.

Verſ. 12. *Et — illud.*

Marcus autem dicit, quod tulerunt πτῶμα eius: vocauit autem corpus eius πτῶμα ἀπὸ τȣ͂ πεσεῖν, id eſt, a cadendo in pauimentum poſt capitis amputationem.

Verſ. 12. *Ac — Ieſu.*

Iam erga illum beneuolentiam demonſtrantes: magis enim eos flexit calamitas.

Verſ. 13. *Quumque — ſeorſim.*

Quum audiſſet occiſum eſſe Ioannem: Siquidem etiam quum audiuit traditum eſſe in carcerem ſeceſſit: cuius cauſam tertio capite diximus: quod etiam factum eſt, vt ſeipſum in tempus paſſioni conueniens reſeruaret.

Quidam autem interpretantur. Quum audiſſet quod Herodes arbitraretur illum eſſe Ioannem: huius namque interfectionem dicunt per interpoſitionem nunc ad memoriam eſſe reductam, illiusque narrationem ad praeſens vſque verbum terminari. Deinde rurſum ſermonem ad priorem ſui conſequentiam reſtitui.

Veri-

ὠμότεραι καὶ ἀνοσιώτεραι. σκόπει δὲ καὶ, ὅσα κακὰ διεπράξατο· κατῄσχυνε καὶ ἑαυτὴν, καὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς Φίλιππον, καὶ τὸν μοιχὸν ἡρώδην, καὶ τὴν θυγατέρα, καὶ ἀνεῖλε μὲν τὸν κατήγορον τῆς μοιχείας, ἵνα μοιχευομένη λανθάνῃ τοὺς τότε μόνον· ἀνελοῦσα δὲ αὐτὸν, οὐ μόνον οὐκ ἔλαθεν ἐκείνους, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεταγενεστέροις ἐδημοσιεύθη, καὶ μέχρι παντὸς ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ δημοσιεύεται.

Verſ. 12. Καὶ — αὐτό.

Ὁ δὲ μάρκος, τὸ [i]) πτῶμα αὐτοῦ φησὶ, πτῶμα, τὸ σῶμα καλέσας, διὰ τὸ πεσεῖν εἰς ἔδαφος, μετὰ τὴν ἐκτομὴν τῆς κεφαλῆς. i) Marc. 6, 29.

Verſ. 12. Καὶ — ἰησοῦ.

Λοιπὸν ἐνδεικνύμενοι τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν. ἔκαμψε γὰρ αὐτοὺς μᾶλλον ἡ συμφορά.

Verſ. 13. Καὶ — κατιδίαν.

Ἀκούσας, ὅτι ἀνῃρέθη ὁ ἰωάννης. καὶ γὰρ καὶ, ἅτε ἤκουσεν, ὅτι παρεδόθη εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀνεχώρησε· δι' ἣν δὲ αἰτίαν, εἰρήκαμεν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ· καὶ ἵνα φυλάξῃ ἑαυτὸν εἰς τὸν πρέποντα τοῦ σταυροῦ καιρόν.

Τινὲς δὲ ἑρμηνεύουσιν, ὅτι ἀκούσας, ὅτι προσεδόκησεν ἡρώδης τὸν ἰωάννην αὐτὸν εἶναι. καὶ γὰρ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ κατὰ [8]) παρενθήκην μνημονευθῆναι νῦν, καὶ περατωθῆναι μέχρι τοῦ παρόντος ῥητοῦ τὴν διήγησιν αὐτῆς. εἶτα πάλιν ἀποκαταστῆναι τὸν λόγον εἰς τὴν προτέραν ἀκολουθίαν αὐτοῦ.

Εἰκὸς

8) Scilicet a verſu 3. ad finem 12.

Verisimile est autem vtrumque[9] eo tempore audisse, et propter vtramque causam secessisse. Praeterea tertiam quoque huius secessionis causam scripsit Marcus, puta quod requiescere vellet discipulos a praedicatione reuersos. Ita enim dixit: Et congregantur Apostoli ad Iesum, ac renunciant illi omnia, quaeque fecissent, quaeque docuissent. Et dixit eis: Venite vos soli seorsim in desertum locum, et requiescite paulisper. Erant enim qui veniebant et abibant multi sic, vt nec comedere vacaret: et egressi sunt nauigio in desertum locum seorsim. Haec sane Marcus.

Proxima his sunt quae dicit Lucas addens etiam signum quo desertum nosceretur. Ait enim quod secessit seorsim in desertum locum ciuitatis quae vocatur Bethsaida. Scire etiam oportet Christum humano more et audire et secedere, et ea quae circa se erant dispensare. Omnia enim tanquam Deus sciebat, nec illi fuga opus erat.

Vers. 13. *Et — vrbibus.*

Marcus vero ait quod etiam viderunt eos abeuntes. Quidam enim viderunt illos, quidam autem audierunt hoc ab his qui viderant: omnesque pedestri sequuti sunt itinere: huiusmodi enim desiderium, omne repellit impedimentum.

Vers. 14. *Et egressus — illorum.*

Vidisti desiderium, vide et eius praemium. Nec ab his fidem expetebat: illam enim demonstrauerant pedestri itinere absque alimentis sequentes in

9) αὐτοὶ, abest. A.

Ἐικὸς δὲ αὐτὸν ἀκοῦσαι καὶ ἀμφότερα κατὰ τὸν τηνικαῦτα καιρὸν, καὶ ὑποχωρῆσαι δι' ἀμφότερα. καὶ γὰρ καὶ τρίτην αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἀναχωρήσεως ὁ μάρκος ἱςόρησε, τὸ βȣ́λεσθαι διαναπαῦσαι τοὺς μαθητὰς, ὑποςρέψαντας ἀπὸ τοῦ κηρύγματος. εἴρηκε γὰρ ȣ̈τως. καὶ k) συνάγονται οἱ ἀπόςολοι πρὸς τὸν ἰησοῦν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς· δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ ·) κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον τόπον, καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον. ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί. καὶ ȣ̓δὲ φαγεῖν εὐκαίρουν. καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατιδίαν. ταῦτα μὲν οὖν ὁ μάρκος.

k) Marc. 6, 30-32.

Παραπλήσια δὲ λέγων καὶ ὁ λουκᾶς, προστίθησι καὶ γνώρισμα τῆς ἐρήμου. φησὶ γὰρ, ὅτι l) καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατιδίαν εἰς ἔρημον τόπον, πόλεως καλȣμένης βηθσαϊδᾶ. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἀνθρωποπρεπᾶς ὁ χριςὸς καὶ ἀκούει, καὶ ἀναχωρεῖ, καὶ οἰκονομεῖ τὰ καθ' ἑαυτόν. ὡς γὰρ θεὸς, καὶ ἐγίνωσκε πάντα, καὶ οὐκ ἐδεῖτο φυγῆς.

l) Luc. 9, 10.

Verſ. 13. Καὶ — πόλεων.

Ὁ δὲ μάρκος φησὶν, ὅτι καὶ εἶδον m) αὐτοὺς ὑπάγοντας. τινὲς μὲν γὰρ εἶδον αὐτοὺς, τινὲς δὲ ἤκουσαν τοῦτο παρὰ τῶν ἰδόντων, καὶ ἀκολουθοῦσι πεζῇ πάντες. τοιοῦτον γάρ ἐςι πόθος· πᾶν ἐμπόδιον διακρούεται.

m) Marc. 6, 33.

Verſ. 14. Καὶ ἐξελθὼν — αὐτῶν.

Εἶδες τὸν πόθον, ὅρα καὶ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἀπαιτεῖ τούτȣς πίςιν. ἔδειξαν γὰρ ταύτην ἀκολουθοῦντες πεζῇ, δίχα τροφῆς, εἰς ἔρημον τόπον.

in desertum locum: Marcus vero et Lucas dixerunt quod etiam coepit docere illos multa, quodque loquebatur illis de regno Dei.

Vnde autem egressus sanabat et docebat? Certe dubium non est quin a monte. Ait enim Ioannes: Abiit Iesus trans mare Galilaeae quod est Tiberiadis: et sequebatur eum turba multa, quia videbant eius signa quae edebat in his qui infirmabantur. Ascendit autem in montem Iesus, et ibi sedebat cum discipulis suis. Differuit enim in naui cum discipulis: quumque ascendissent in montem, requieuerunt: Deinde egressus est et sanabat et docebat.

Cap. XXVI. De quinque panibus.

Vers. 15. *Vespera — cibaria.*

Dies declinare coeperat sicut dixit Lucas: ipsi tamen ieiuni permanebant, audiendi amore famis necessitatem vincente. Christus vero quum idcirco eos cibare vellet, expectauit tamen vt ab aliis occasionem sumeret, ne videretur ad miraculi operationem assilire: neque hic solum, verum etiam alibi idem frequenter obseruat. Praeterea, vt etiam qui esurierant, maiori miraculi sensu mouerentur.

Vers. 16. *Iesus autem — quod edant.*

Non dixit: Ego pascam illos: hoc enim arrogantiae videbatur, sed discipulos adhortatur, vt dent illis quod edant, vt ipsis inopiam obtendentibus,

τόπον. μάρκος δὲ καὶ λουκᾶς εἶπον, ὅτι καὶ ἤρξατο [n]) διδάσκειν αὐτοὺς πολλὰ, καὶ ὅτι ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. n) Marc. 6, 34. Luc. 9, 11.

Πόθεν δὲ ἐξελθὼν ἰάσατο καὶ ἐδίδαξε; πάντως ἀπὸ τοῦ ὄρους. φησὶ γὰρ ὁ ἰωάννης, ὅτι ἀπῆλθεν [o]) ὁ ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς γαλιλαίας τῆς τιβεριάδος, καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, ὅτι ἑώρων αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. ἀνῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος ὁ ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. προέλαβε γὰρ ἐν πλοίῳ μετὰ τῶν μαθητῶν, καὶ ἀνελθόντες εἰς τὸ ὄρος, διανεπαύοντο. εἶτα ἐξῆλθε καὶ ἰάσατο καὶ ἐδίδαξεν. o) Io. 6, 1-3.

Κεφ. Κϛ. Περὶ τῶν πέντε ἄρτων.

Verſ. 15. Ὀψίας — βρώματα.

Ἡ μὲν ἡμέρα [p]) κλίνειν ἤρξατο, καθὼς εἶπε λουκᾶς· αὐτοὶ δὲ παρέμενον ἄσιτοι, τοῦ τῆς ἀκροάσεως ἔρωτος νικῶντος τὴν ἀνάγκην τῆς πείνης. ὁ δὲ χριστὸς, διὰ τοῦτο βουλόμενος θρέψαι παραδόξως αὐτοὺς, ὅμως ἀνέμεινε παρ᾽ ἑτέρων λαβεῖν ἀφορμὴν, ἵνα μὴ δόξῃ ταῖς θαυματουργίαις ἐπιπηδᾶν. καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλαχοῦ τοῦτο διατηρεῖ. καὶ μὴν καὶ, ἵνα πεινάσαντες πολλὴν αἴσθησιν τοῦ θαύματος λάβωσιν. p) Luc. 9, 12.

Verſ. 16. Ὁ δὲ ἰησοῦς — φαγεῖν.

Οὐ χρείαν ἔχουσιν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ὀφείλουσιν. οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ἐγὼ θρέψω αὐτούς. τοῦτο γὰρ ἐδόκει κομπηρὸν, ἀλλὰ τοὺς μαθητὰς προτρέπεται

bus, iam tum ipse necessitate coactus faceret quod suum erat.

Sed Matthaeus quidem Marcus et Lucas dicunt discipulos suggessisse Christo de turbarum dimissione, quo cibaria emerent. Ioannes vero ait: Quum sustulisset oculos Iesus et vidisset quod turba multa veniret ad se, ait ad Philippum: Vnde ememus panes, vt comedant hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque eorum pusillum quippiam accipiat. Haec sane scripsit Ioannes.

Verisimile est autem primum discipulos suggessisse: deinde eum dixisse illis: Non necesse est illis egredi; date vos illis quod edant. Postmodum sustulisse oculos ac vidisse turbam aliam multam venientem; et tunc humano more tentasse Philippum, siue probasse an crederet ipsum posse omnes pascere. Tentabat autem illum tanquam caeteris eo tempore imperfectiorem: aut etiam per hunc, sermonem et ad alios dirigebat, tentans quoque et illos. Manifestum est ergo quod ea quae alii dixerunt Euangelistae, praetermisit Ioannes: quae vero illi praetermiserunt, haec iste narrauit.

Verf. 17. *At illi — pisces.*

Iohannes vero ait Andream dixisse: Est puerulus hic vnus, qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces, sed haec quid sunt inter tam multos? Proculdubio autem puerulus ille discipulis haec vendebat, ideoque tanquam illa iam habentes, respon-

[1]) προβαλλομένων. B.
[2]) ἀγοράσωμεν. A.
[3]) καὶ, pro δέ. A.

ται δοῦναι αὐτοῖς φαγεῖν, ἵνα τούτων προβαλομένων [1]) ἀπορίαν, τότε λοιπὸν ἐξ ἀνάγκης αὐτὸς ποιήσῃ τὸ ἑαυτοῦ.

Ἀλλὰ ματθαῖος μὲν καὶ μάρκος [q]) καὶ λουκᾶς λέγουσιν, παρὰ τῶν μαθητῶν ὑπομνησθῆναι τὸν χριστὸν περὶ τοῦ ἀπολῦσαι τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀγοράσωσι τροφάς. ὁ δὲ ἰωάννης φησὶ, ὅτι [r]) ἐπάρας ὁ ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεασάμενος, ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτὸν, λέγει πρὸς τὸν φίλιππον, πόθεν ἀγοράσομεν [2]) ἄρτους, ἵνα φάγωσιν οὗτοι; τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς γὰρ ᾔδει, τί ἔμελλε ποιεῖν. ἀπεκρίθη αὐτῷ φίλιππος, διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι λάβῃ. ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρησεν ὁ ἰωάννης.

q) Marc. 6, 35. Luc. 9, 12.

r) Io. 6, 5-7.

Εἰκὸς [3]) δὲ, πρῶτον μὲν ὑπομνησθῆναι παρὰ τῶν μαθητῶν· εἶτα εἰπεῖν αὐτοῖς, οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν, δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν· ἔπειτα ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεάσασθαι πολὺν ὄχλον ἕτερον ἐρχόμενον, καὶ τότε λοιπὸν ἀνθρωποπρεπῶς πειράσαι τὸν φίλιππον, εἴτουν, δοκιμάσαι τοῦτον, εἰ πιστεύει, δύνασθαι αὐτὸν διαθρέψαι πάντας. ἐπείραζε δὲ αὐτὸν, ὡς ἀτελέστερον τηνικαῦτα τῶν ἄλλων. ἢ δι' αὐτοῦ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀποτείνεται, πειράζων καὶ τούτους. δῆλον τοίνυν, ὅτι ἃ μὲν εἶπον οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ, παρέδραμεν ὁ ἰωάννης· ἃ δὲ παρέδραμον ἐκεῖνοι, ταῦτα οὗτος ἀπήγγειλεν.

Verſ. 17. Οἱ δὲ — ἰχθύας.

Ἰωάννης δέ φησι, τὸν [s]) ἀνδρέαν εἰπεῖν, ὅτι ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους; πάντως δὲ τὸ παιδάριον ἐκεῖνο διεπώλει ταῦτα τοῖς μαθηταῖς. διὸ καὶ, ὡς ἤδη ἔχοντες

s) Io. 6, 8. 9.

sponderunt se aliud non habere praeter haec tantum. Ita neglectui illis erant corporalia dum mordicus spiritualibus inhaererent: duodecim enim, solis quinque panibus iisque ordeaceis cibandi erant.

Vers. 18. *Ipse autem — huc.*

Iussit quidem panes ac pisces afferri, docens quod etiam illa pauca oporteat praebere indigentibus, eosque sibiipsis praeponere. Illi vero quamquam similiter fame cruciati, nihil aliud haberent, sine vlla tamen contradictione obediunt.

Vers. 19. *Quumque iussisset — gramina.*

Marcus autem dixit quod iussit vt discumbere facerent omnes distributis conuiuiis in viridi gramine; et discubuerunt distributi in areolas centeni et quinquageni. Quod autem dicitur, distributis conuiuiis, in litera habetur συμπόσια συμπόσια, hoc est per distributa conuiuia: siue vt hic sit vna congregatio, ibi alia congregatio, et alibi alia et alia. Idem quoque significat quod additur: Distributi in areolas, quod litera habet πρασιαὶ πρασιαὶ, hoc est per distributas areolas. Potest quoque et alio modo dici quod συμπόσια fuerint congregationes in circuli speciem ordinatae, πρασιαὶ vero in quadranguli speciem. Huiusmodi enim sunt hortorum areolae. Lucas vero talia vocauit discubitus a discumbendo, κλισίας videlicet a κλιθῆναι, id est reclinari suo quoque certo ordine.

Vers. 19.

4) ἀνακλιθῆναι ex Matthaeo assumsit. Nam infra in contextu vterque vulgatum habet.

αὐτὰ, ἀπεκρίθησαν, μὴ ἔχειν ἕτερον, εἰ μὴ ταῦτα μόνον. οὕτω πάρεργα αὐτοῖς ἦσαν τὰ σωματικὰ, τῶν πνευματικῶν μᾶλλον ἀντεχομένοις. οἱ δώδεκα γὰρ πέντε μόνοις ἄρτοις ἔμελλον τραφῆναι, καὶ τούτοις κριθίνοις.

Verſ. 18. Ὁ δὲ — ὧδε.

Αὐτὸς μὲν προσέταξεν ἐνεχθῆναι τοὺς ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, διδάσκων, ὅτι χρὴ καὶ αὐτὰ τὰ ὀλίγα παρασχεῖν τοῖς δεομένοις, καὶ προτιμᾷν αὐτούς· αὐτοὶ δὲ, καίτοι πεινῶντες ὁμοίως, καὶ μηδὲν ἕτερον ἔχοντες, ὅμως ἀναντιῤῥήτως πείθονται.

Verſ. 19. Καὶ κελεύσας — χόρτους.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ t) ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλιθῆναι [4]) πάντας, συμπόσια συμπόσια, ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ. καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ, ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα. συμπόσια συμπόσια λέγων, ἀντὶ τοῦ, συμπόσια διῃρημένα, τουτέστι, συναγωγὴν μὲν ἐνταῦθα, συναγωγὴν δὲ ἐκεῖ, συναγωγὴν δὲ ἀλλαχοῦ· τὸ αὐτὸ δὲ δηλοῖ καὶ τὸ πρασιαὶ πρασιαί. εἶεν δ' ἂν καὶ ἑτέρως, συμπόσια μὲν, αἱ κυκλοειδεῖς συναγωγαί· πρασιαὶ δὲ, αἱ τετραγωνοειδεῖς. τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν κήπων πρασιαί. κλισίας v) δὲ ὁ λουκᾶς ἐκάλεσε τὰ [5]) τοιαῦτα, ἀπὸ τοῦ κατακλιθῆναι στιχηδόν.

t) Marc. 6, 39.

v) Luc. 9, 14.

[5]) ταῦτα, pro τὰ τοιαῦτα. A.

Verſ. 19. *Acceptis — benedixit.*

Suſpexit in coelum patrem honorans, ac oſtendens Deo ſe non eſſe contrarium. Praeterea docens non prius menſam eſſe attingendam, donec Deo gratias agamus, qui nobis alimentum ſuppeditauit, eiusque benedictionem coelitus trahamus. Interdum ergo quaſi Deus propria authoritate miraculum operatur: quandoque vero deprecatur ob praedictas cauſas, ne malos offendat.

Verſ. 19. *Et — turbis.*

Dedit diſcipulis tum quaſi magis familiaribus, tum etiam ne eos lateret miraculum, ad quod ſuis manibus ſubminiſtrauerant.

Verſ. 20. *Et — ſaturati ſunt.*

Qui prius eos ſpirituali alimento ſaturauerat, docendo vt dictum eſt et loquendo de regno Dei: nunc quoque ſatiat illos et corporali: nec id ſolum, verum etiam multa docet eos. Ab accubitu quidem ſuper gramen, animi modeſtiam. Ab eo quod nihil praeter panes et piſces praeberet, temperantiam. Ab eo vero quod omnibus pari modo diſtribueret, aequitatem.

Verſ. 20. *Et — cophinos.*

Quinque panes quos fregerat dedit: horum autem fragmenta in manibus diſcipulorum nouo miracu-

[6]) Sic Marc. 8, 4. χορτάσαι ἄρτων.
[7]) πλήρεις non expreſſit Hentenius. Forte deerat in eius codice.

Verſ. 19. Λαβὼν — εὐλόγησεν.

Ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρανὸν, τιμῶν τε τὸν πατέρα, καὶ δεικνύων, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεος, καὶ διδάσκων, μὴ πρότερον ἅπτεσθαι τραπέζης, ἕως ἂν εὐχαριστήσωμεν τῷ θεῷ, τῷ χορηγῷ τῆς τροφῆς, καὶ τὴν εὐλογίαν ταύτης οὐρανόθεν ἑλκύσωμεν. θαυματουργεῖ τοίνυν, ποτὲ μὲν, κατ᾽ ἐξουσίαν, ὡς θεὸς, ποτὲ δὲ εὐχόμενος, διὰ τὰς προῤῥηθείσας αἰτίας, ἵνα μὴ σκανδαλίσῃ τοὺς πονηρούς.

Verſ. 19. Καὶ — ὄχλοις.

Ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς, τοῦτο μὲν, τιμῶν αὐτοὺς, ὡς οἰκειοτέρους, τοῦτο δὲ καὶ, ἵνα μὴ ἐπιλάθωνται τοῦ θαύματος, εἰς ὃ διηκόνησαν αἱ χεῖρες αὐτῶν.

Verſ. 20. Καὶ — ἐχορτάσθησαν.

Χορτάσας αὐτοὺς πρότερον πνευματικῆς [6]) τροφῆς, ἐν τῷ διδάσκειν, ὡς εἴρηται, καὶ λαλεῖν περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, νῦν χορτάζει τούτους καὶ σωματικῆς. καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ παιδεύει αὐτοὺς πολλά. ἀπὸ μὲν τῆς ἐπὶ τῷ χόρτῳ κατακλίσεως, ταπεινοφροσύνην· ἀπὸ δὲ τοῦ μηδὲν πλέον ἄρτου καὶ ἰχθύος παρασχεῖν, ἐγκράτειαν· ἀπὸ δὲ τοῦ πᾶσι τὰ αὐτὰ διανεῖμαι, ἰσότητα.

Verſ. 20. Καὶ — πλήρεις. [7])

Τοὺς πέντε ἄρτους κλάσας ἔδωκε, τὰ κλάσματα δὲ τούτων ἐν ταῖς χερσὶ τῶν μαθητῶν ἐπληθύνον-

raculo multiplicabat. Neque enim ſolum fuerunt ſatis donec ſatiaretur populus, ſed et diffundebantur donec ſupereſſet: ſupereſſet inquam, ad duodecim plenos cophinos: vt etiam duodecim Apoſtoli ſuos perferrent cophinos: et ſicut manus ita et humeros haberent miniſtros ac teſtes huiusmodi miraculi. Marcus vero dixit, quod duos quoque piſces diuiſit eis, et quod etiam ab illis ſuſtulerunt quae ſuperfuerant.

Verſ. 21. *Qui autem — pueros.*

Hoc et augmentum eſt miraculi, et laus turbarum, quod etiam cum vxoribus et pueris aſſidebant. Et quia cum tota familia ſequebantur, cum tota etiam familia beneficii fructum perceperunt.

Cap. XXVII. De ambulatione Chriſti ſuper mare.

Verſ. 22. *Statimque — turbas.*

Quum ab ipſo diſtrahi nollent, compulit illos in nauigium conſcendere, et praecedere in vlteriorem partem: hoc quidem praetextu, vt ipſe relictus dimitteret turbas: in veritate autem, vt ſecum habentes fragmentorum cophinos, per otium abſente illo curioſe fragmenta ſciſcitarentur, ac confirmarentur, quod non phantaſtice factum eſſet miraculum. Nam et propter hoc ſuperfuerant, et oportebat diſcipulos de ea re certiores fieri ſupra caete-

*) Forte Hentenius legit, καὶ τὸ περισσεύειν δώδεκα κοφίνους γέμοντας.

θύνοντο. καὶ τὸ θαῦμα ξένον. οὐχ ἵστατο γὰρ μέχρι τοῦ κορεσθῆναι τὸν λαὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ περισσεύειν ἐξεχεῖτο, καὶ τὸ [8]) περισσεῦον, δώδεκα κόφινοι γέμοντες, ἵνα καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι [9]) διαβαστάσωσι τοὺς κοφίνους, καὶ ὥσπερ τὰς χεῖρας, ὕτω καὶ τοὺς ὤμους ἔξωσι διακόνους καὶ μάρτυρας τοῦ τοιύτου θαύματος. ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ [x]) τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισεν αὐτοῖς, καὶ ὅτι καὶ ἐκ τούτων ἦραν περισσεύματα. x) Marc. 6, 41. 43.

Verſ. 21. Οἱ δὲ — παιδίων.

Τοῦτο καὶ αὔξησίς ἐστι τοῦ θαύματος, καὶ τῶν ὄχλων ἔπαινος, ὅτι μετὰ γυναικῶν καὶ παιδίων προσήδρευον. καὶ ἐπειδὴ πανοικὶ παρέμειναν, πανοικὶ καὶ τῆς εὐεργεσίας ἀπήλαυσαν.

Κεφ. ΚΖ. Περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου.

Verſ. 22. Καὶ εὐθέως — ὄχλους.

Μὴ βυλομένυς ἀποσπασθῆναι αὐτῦ, ἠνάγκασεν αὐτὺς ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον καὶ προάγειν, ἤτοι, προλαμβάνειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν μέρος. προφάσει μὲν, ἵνα αὐτὸς ὑπολειφθεὶς, ἀπολύσῃ τὺς ὄχλυς· τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ, ἵνα, μεθ᾽ ἑαυτῶν ἔχοντες τοὺς κοφίνυς τῶν κλασμάτων, κατὰ σχολὴν, ἀπόντος αὐτοῦ, περιεργάσωνται τὰ κλάσματα, καὶ βεβαιωθῶσιν, ὅτι οὐ κατὰ φαντασίαν τὸ θαῦμα γέγονε. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐπερίσσευσαν,

9) διαστάσωσι. A.

caeteros, vtpote qui tanquam communes omnium magiſtri in orbem erant ingreſſuri. Et haec quidem vna cauſa eſt cur diſcipulos praemiſerit.

Altera vero, quia volebat ſolus in montem aſcendere, prout ſtatim ſubiungitur, docens hinc quod neque oporteat continue multitudini immiſceri, neque ſemper fugere multitudinem: ſed vtrumque vtiliter efficere. Iam itaque et nos relictis vrbibus earumque diſtractionibus, pedites ac leues Chriſtum ſequamur, ad ſolitudinem ſiue quietem et ſilentium ac otium abeuntem, eique aſſiſtamus ſalutaria docenti; vt affectionum abſtinentia ieiunantes, diuina gratia repleamur.

Verſ. 23. *Quumque dimiſiſſet.* — *v. 24. illic.*

Aptus eſt enim mons ad orationem: nox praeterea et ſolitudo, ſilentium ac indiſtractionem praebent, et immobilitatem in oratione.

Verſ. 24. *Nauis autem* — *ventus.*

Nunc rurſum diſcipuli fluctuant ac periclitantur ſicut et prius. Verum tunc quidem, quum eſſent imperfectiores, aderat et ipſe ad conſolationem, quanquam dormiebat: nunc vero quum iam profeciſſent aberat, vt nusquam habentes conſolationem efficiantur fortiores.

Verſ. 25. *Quarta* — *mare.*

Marcus autem dixit quod etiam vidit eos laborantes in remigando. Iohannes vero quod remigaue-
rant

*) Ita quoque interpres reperit. In mentem tamen cuiquam venire poſſit ἐξιέναι.

καὶ ἔδει τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ πληροφορηθῆναι μᾶλλον, ἅτε κοινοὺς διδασκάλους εἰς τὴν οἰκουμένην[x]) εἰσιέναι μέλλοντας. μία μὲν αὕτη αἰτία τοῦ προπέμψαι τοὺς μαθητάς.

Δευτέρα δὲ, ὅτι ἐβούλετο μόνος εἰς τὸ ὄρος ἀνελθεῖν, ὡς δηλωθήσεται, διδάσκων ἐντεῦθεν, ὅτι χρὴ μήτε ἀναμίγνυσθαι διηνεκῶς τῷ πλήθει, μήτε φεύγειν ἀεὶ τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἑκάτερον χρησίμως ποιεῖν. λοιπὸν οὖν καὶ ἡμεῖς, ἀφέντες τὰς πόλεις καὶ τοὺς περισπασμοὺς αὐτῶν, πεζοὶ καὶ κοῦφοι τῷ χριστῷ κατακολουθήσωμεν εἰς ἐρημίαν, εἴτουν, ἠρεμίαν καὶ ἡσυχίαν ὑπάγοντι, καὶ παραμείνωμεν αὐτῷ, διδάσκοντι τὰ σωτήρια, ἵνα νηστεύσαντες τῇ ἀποχῇ τῶν παθῶν, ἐμπλησθῶμεν τῆς θείας χάριτος.

Verſ. 23. Καὶ ἀπολύσας — v. 24. ἐκεῖ.

Χρήσιμον γὰρ ταῖς προσευχαῖς καὶ τὸ ὄρος, καὶ ἡ νὺξ, καὶ ἡ μόνωσις, ἡσυχίαν καὶ τὸ ἀπερίσπαστον καὶ γαλήνην παρέχοντα.

Verſ. 24. Τὸ δὲ πλοῖον — ἄνεμος.

Πάλιν οἱ μαθηταὶ κλυδωνίζονται, καθὼς καὶ τὸ πρότερον. ἀλλὰ τότε μὲν, ἀτελεστέροις οὖσι συνῆν καὶ αὐτὸς εἰς παραμυθίαν, εἰ καὶ ἐκάθευδε· νῦν δὲ προκοψάντων ἄπεστιν, ἵνα, μηδαμόθεν ἔχοντες παραμυθίαν, καρτερικώτεροι γένωνται.

Verſ. 25. Τετάρτῃ — θαλάσσης.

Ὁ δὲ μάρκος εἴρηκεν, ὅτι καὶ εἶδεν[y]) αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν· ὁ δὲ ἰωάννης, ὅτι ἠλα-

y) Marc. 6, 48.

rant ferme ſtadia vigintiquinque aut triginta. Stadium autem locus eſt ſine menſura centum vlnarum, quae vlna Graece ὀργυιὰ dicitur, et eſt manuum cum pectoris latitudine extenſio, continens ſex pedes. Quartam vero noctis vigiliam nominabant antiqui, qui in exercitibus nocte vigilabant, quartam noctis partem, poſtremas videlicet tres horas: Permiſit ergo Chriſtus diſcipulos ad id vſque tempus fluctuare, docens vt fortes efficiamur ad pericula, quae diſpenſatorie inducuntur: nec facilem aut velocem quaeramus liberationem. Praeterea vt mortem prae oculis habentes, et ab ea mirabiliter liberati, agnoſcerent Deum eſſe eum, qui ſe ſeruaſſet: Nondum enim perfectam habebant certitudinem: ideo quoque poſt liberationem adorauerunt eum dicentes: vere Dei filius es.

Verſ. 26. *Et — clamauerunt.*

Timorem qui ab vndis erat excipit alter timor: nec hunc ſoluit donec clamauerunt, vt exercerentur ad ferendas tentationum ſucceſſiones.

Verſ. 27. *Ac protinus — nolite terreri.*

Quia nocte impediente, a perſona eum cognoſcere nequieuerunt, ſui nunc indicium puta vocem eis inducit, quae illos vtroque timore liberaret.

Verſ. 28. *Reſpondens — v. 29. veni.*

Peruenire ad illum ſuper aquas quaerit, vt hinc certior efficeretur, an ipſe eſſet Chriſtus. Potius tamen dicendum, quod quum vocem eius percepiſſet,

²) φόβος, addit. A.

ἤλασαν ²) ὡς ϛαδίους εἰκοσιπέντε ἢ καὶ τριάκοντα. ϛάδιον δέ ἐϛι, τόπος ὀργυιῶν ἑκατόν. τετάρτην δὲ Φυλακὴν τῆς νυκτὸς ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ νυκτοΦύλακες τῶν ϛρατοπέδων, τὸ τέταρτον μέρος τῆς νυκτὸς, ἤτοι, τὰς τελευταίας τρεῖς ὥρας. ἀΦῆκε δὲ τοὺς μαθητὰς ὁ χριϛὸς ἐπὶ τοσοῦτον κλυδωνίζεσθαι, παιδεύων ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς, οἰκονομικῶς ἐπαγομένοις, καὶ μὴ ζητεῖν ταχεῖαν ἀπαλλαγήν. ἔτι δὲ καὶ, ἵνα πρὸ ὀΦθαλμῶν τὸν θάνατον ἔχοντες, εἶτα παραδόξως ῥυσθέντες, ἐπιγνῶσιν, ὅτι θεός ἐϛιν ὁ τούτους διασωσάμενος. οὔπω γὰρ τελείαν εἶχον πληροΦορίαν. διὸ καὶ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες, ἀληθῶς θεοῦ υἱὸς εἶ. z) Io. 6, 19.

Verſ. 26. Καὶ — ἔκραξαν.

Τὸν ἀπὸ τοῦ κλύδωνος Φόβον ἕτερος διαδέχεται, ²) καὶ οὐκ ἔλυσε τοῦτον, ἕως ³) ἐβόησαν, ἵνα γυμνασθῶσι Φέρειν τὰς διαδοχὰς τῶν πειρασμῶν.

Verſ. 27. Εὐθέως — μὴ Φοβεῖσθε.

Ἐπεὶ οὐκ ἠδύναντο γνωρίσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ προσώπου, διὰ τὴν νύκτα, λοιπὸν τὴν γνώριμον Φωνὴν αὐτοῖς ἐπαΦίησι, λύουσαν ἀμΦοτέρους τοὺς Φόβους.

Verſ. 28. Ἀποκριθεὶς — v. 29. ἐλθέ.

Ἀφικνεῖσθαι πρὸς αὐτὸν ἐπάνω τῶν ὑδάτων ζητεῖ, προφάσει μὲν, εἰς διάπειραν τοῦ γνῶναι ἐντεῦθεν, εἰ αὐτός ἐϛιν ὁ χριϛός· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἐνωτισθεὶς τὴν Φωνὴν αὐτοῦ, λίαν ἐχάρη, καὶ δια-

3) ἕως οὗ. A.

pisset, supra modum gauisus est et optabat ante alios ad eum accedere.

Vers. 29. *Quumque descendisset — v. 30. serua me.*

Mare quidem non timuit, quanquam fureret: sed de iubentis potentia confisus, audacter ambulabat super aquas, et recte gradiebatur: vento autem magis territus est, ne forte circumagendo eum euerteret. Huiusmodi enim est humana natura, vt plerumque in magnis recte se gerat, magis autem conuincatur reprehensione digna esse in minoribus. Consequens itaque est, vt debilitata fide, per quam contra fluctus audentior erat, illius destitueretur gratia, quae leuem ipsum efficiebat, et demergeretur.

Vers. 31. *Et continuo — haesitasti?*

Haec improperans ostendit, quod nequaquam venti violentia illum deiiciebat, sed exigua fiducia, hoc est infirmitas dictae fidei. Exiguae ergo fidei hominem illum appellauit, vt qui ventum timens, magnam eius partem abiecisset. Dicit itaque illi: Cur haesitasti? siue, quare primum fiduciam habens, postmodum timuisti? id enim appellauit haesitationem: nam qui contra fluctus te fortem reddebat, vtique et contra ventum te fortem reddidisset.

Vers. 32. *Quumque essent ingressi — ventus.*

Non statim nauim ascenderunt, sed vento vehementer vrgente, longo adhuc spatio ambulauerunt vt Petrus certior redderetur, et de sua exigua fiducia

διαθερμανθεὶς γλίχεται πρὸ τῶν ἄλλων ἐντυχεῖν αὐτῷ.

Vers. 29. Καὶ καταβὰς — v. 30. με.

Τὴν μὲν θάλασσαν οὐκ ἐδειλίασε, καίτοι μαινομένην, ἀλλὰ πιστεύσας τῇ δυνάμει τοῦ κελεύσαντος, θαῤῥαλέως ἐπέβη τῶν κυμάτων, καὶ ὀρθὸς ἐβάδιζε· τὸν ἄνεμον δὲ μᾶλλον ἐφοβήθη, μήποτε περιτρέψῃ αὐτόν. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις. πολλάκις τὰ μεγάλα κατορθοῦσα, μᾶλλον ἐν τοῖς ἐλάττοσιν ἐλέγχεται. λοιπὸν οὖν, ἀσθενησάσης τῆς πίστεως, μεθ' ἧς κατετόλμησε τῶν κυμάτων, ἀφῆκεν αὐτὸν ἡ χάρις αὐτῆς, ἡ κουφίζουσα τοῦτον, καὶ κατεποντίζετο.

Vers. 31. Εὐθέως — ἐδίστασας;

Ταῦτα ὀνειδίσας αὐτῷ, ἔδειξεν, ὅτι οὐχ ἡ τοῦ ἀνέμου βία τοῦτον κατέβαλεν, ἀλλ' ἡ ὀλιγοπιστία, τουτέστιν, ἡ ἀσθένεια τῆς ῥηθείσης πίστεως. ὀλιγόπιστον οὖν αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὡς ἀποβαλόντα πολύ τι [4]) μέρος αὐτῆς ἐν τῷ φοβηθῆναι τὸν ἄνεμον. λέγει τοίνυν αὐτῷ, διατί ἐδίστασας; ἤγουν, διατί πρῶτον μὲν ἐθάῤῥησας, ὕστερον δὲ ἐδειλίασας; τοῦτο γὰρ ὠνόμασε δισταγμόν. ὁ γὰρ ἐνισχύων σε κατὰ τῶν κυμάτων, ἐνίσχυσεν ἂν σε καὶ κατὰ τοῦ ἀνέμου.

Vers. 32. Καὶ ἐμβάντων — ἄνεμος.

Οὐκ εὐθὺς ἐνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀνέμου σφοδρῶς ἐγκειμένου, πολὺ διάστημα περιεπάτησαν ἔτι, πρὸς πληροφορίαν τοῦ πέτρου,

καὶ

4) Pro πολύ τι, A. habet πολύτιμον.

cia conuinceretur. Dicit enim Iohannes quod voluerunt eum sumere in nauim et ilico nauis appulit terrae ad quam ibant. Et inde manifestum est quod quum nauis terrae proxima esset, tum demum in eam intrauerunt.

Vers. 33. *Caeterum qui — es.*

Miraculi magnitudo perfectiorem eis induxit fidem. Mare siquidem increpare minus est, quam super illud ambulare: nec solum eum super illud ambulare, sed etiam alteri id praestare: neque haec tantum, verum etiam facere illud quum venti violentia impetuose flaret, ac mare a suo statu submoueret, sed praesens quidem Euangelista dicit, quod communiter omnes confessi sunt esse ipsum Dei filium.

Marcus autem dixit, quod admirati sunt, verum non intellexerunt. Ait enim: Et vehementer supra modum intra sese stupebant et admirabantur: neque enim intellexerunt de panibus: nam cor eorum obcaecatum erat. Est autem sensus dictorum huiusmodi, quod supra modum admirabantur eum veluti hominem qui talia posset, quum maxime illum adorare oportuisset, tanquam Deum omnia potentem. Volens autem ostendere quod neque in praedicto panum miraculo se conuertissent ad id quod oportuit, addidit quod non intellexerunt neque de panibus. Adduxit autem causam cur non intellexerunt, dicens: Erat cor eorum obcaecatum.

Nos

*) Apud Ioannem est, ἐπὶ τῆς γῆς, quomodo etiam in contextu ibi habet Euthymius. Offendit etiam Chrysostomus in, ἐπὶ τῆς γῆς. Semel ergo Tom. VII. p. 515. C. habet εἰς τὴν γῆν. Semel, vbi data

καὶ ἔλεγχον τῆς ὀλιγοπιϛίας αὐτοῦ. Φησὶ γὰρ ὁ ἰωάννης, ὅτι [a]) ἤθελον λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ [5]) τὴν γῆν, εἰς ἣν ὑπῆγον. κἀντεῦθεν φανερὸν, ὅτι πλησίον τῆς γῆς γενομένου τοῦ πλοίου, τότε λοιπὸν ἐνέβησαν εἰς αὐτό. a) Io. 6, 21.

Verſ. 33. Οἱ δὲ — ὤ.

Τὸ μέγεθος τοῦ θαύματος τελειοτέραν αὐτοῖς τὴν πίϛιν ἐνέθηκε. τοῦ γὰρ ἐπιτιμᾶν τῇ θαλάσσῃ, μεῖζον τὸ περιπατεῖν ἐπ' αὐτῆς, καὶ μὴ μόνον αὐτὸν περιπατεῖν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ τοῦτο χαρίζεσθαι· καὶ μὴ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ βίας ἀνέμου καταιγιζούσης, καὶ ἀναμοχλευούσης τὴν θάλασσαν. ἀλλ' ὁ μὲν παρὼν εὐαγγελιϛὴς φησιν, ὅτι κοινῇ πάντες ὡμολόγησαν θεοῦ υἱὸν εἶναι αὐτόν.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι ἐθαύμασαν μὲν, οὐ συνῆκαν δέ· λέγει γὰρ, ὅτι καὶ [b]) λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίϛαντο, καὶ ἐθαύμαζον. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. ἦν γὰρ αὐτῶν ἡ καρδία πεπωρωμένη. ἔτι δὲ ὁ νοῦς τῶν ῥητῶν τοιοῦτος, ὅτι ὑπερεξεπλήττοντο αὐτὸν, ὡς ἄνθρωπον τοιαῦτα δυνάμενον· δέον [6]) μάλιϛα προσκυνεῖν αὐτὸν, ὡς θεὸν πάντα δυνάμενον. ἐμφῆναι δὲ θέλων, ὅτι οὐδ' ἐπὶ τῇ προλαβούσῃ θαυματουργίᾳ τῶν ἄρτων μετέμαθον τὸ δέον, προσέθηκεν, ὅτι οὐ συνῆκαν [7]) οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. ἐπήγαγε δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ μὴ συνιέναι, εἰρηκὼς, ὅτι ἦν ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη. b) Marc. 6, 51.

Λέγο-

ta opera explicat, Tom. VIII. p. 255. C. ἐγγὺς τῆς γῆς ἐγένετο.

6) δὲ, addit. A.

7) οὐδὲ, abeſt. A.

Nos tamen dicimus quod simul vt ingressus est nauim Iesus, contigerunt ea quae dixit Marcus: deinde dissoluta caecitate, facta sunt ea quae scripsit Matthaeus. Scire enim oportet, quod interdum quidem tenebatur cor discipulorum, nec poterant intelligere: quandoque vero soluebatur et intelligebant: vtrumque autem diuina dispensatione contingebat. Et nos ergo quum demergi coeperimus tempestate perturbationum animi, Iesum inuocemus; et continuo porriget etiam nobis auxiliarem manum, et extrahet nos.

Vers. 34. *Et — Gennesaret.*

Marcus autem dixit: quod compulit discipulos suos conscendere nauim et praecedere in vlteriorem ripam ad Bethsaidam. Ioannes vero quod venerunt traïecto mari ad Capernaum. Sunt autem et Bethsaida et Capernaum in terra Gennesaret: stagnum vero Gennesaret vnitum erat Tiberiadi.

Vers. 35. *Quumque agnouissent* — *v.* 36. *salui facti sunt.*

Vidisti quomodo discipuli paulatim profecerint? vide et multitudinem. Non iam ipsos in domum trahunt, neque vt manus imponat quaerunt, neque verbi iussum expetunt, sed excelsius ac longe diuinius salutem accersunt: illa enim quae sanguinis profluuio laborauerat maiorem illis fidem induxerat.

Λέγομεν δὲ ἡμεῖς, ὅτι ἅμα μὲν τῷ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον τὸν ἰησοῦν, συνέβησαν, ἅπερ εἶπεν ὁ μάρκος· εἶτα λυθείσης τῆς πωρώσεως, λοιπὸν γεγόνασιν, ἅπερ ἱστόρησεν ὁ ματθαῖος. χρὴ γὰρ γινώσκειν, ὅτι ποτὲ μὲν ἐκρατεῖτο ἡ καρδία τῶν μαθητῶν, καὶ οὐκ ἠδύναντο συνιέναι, ποτὲ δὲ ἀπελύετο, καὶ συνίεσαν. ἑκάτερον δὲ συνέβαινε κατὰ θειοτέραν οἰκονομίαν. καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ὅταν ἀρχώμεθα καταποντίζεσθαι τῷ κλύδωνι τῶν παθῶν, ἐπικαλεσάμεθα τὸν ἰησοῦν, καὶ εὐθέως δώσει καὶ ἡμῖν χεῖρα βοηθείας, καὶ ἀνελκύσει ἡμᾶς.

Verſ. 34. Καὶ — γεννησαρέτ.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι ἠνάγκασε c) τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς βηθσαϊδάν· ὁ δὲ ἰωάννης, d) ὅτι ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς καπερναούμ. εἰσὶ δὲ καὶ ἡ βηθσαϊδὰ, καὶ ἡ καπερναοὺμ, ἐν τῇ γῇ γεννησαρέτ. λίμνη δὲ ἡ γεννησαρὲτ, ἡνωμένη τῇ τιβεριάδι.

c) Marc. 6, 45.

d) Io. 6, 17.

Verſ. 35. Καὶ ἐπιγνόντες — v. 36. διεσώθησαν.

Εἶδες, πῶς κατὰ μικρὸν οἱ μαθηταὶ προέκοψαν· ὁρα καὶ τὸ πλῆθος. οὐκ ἔτι γὰρ αὐτὸν εἰς τὰς οἰκίας ἕλκουσιν, οὐδὲ χεῖρας ἐπιθεῖναι ζητοῦσιν, οὐδὲ πρόσταγμα διὰ ῥήματος αἰτοῦσιν, ἀλλ' ὑψηλότερον πολλῷ καὶ θεοπρεπέστερον ἐπισπῶνται τὴν θεραπείαν. ἡ γὰρ αἱμόῤῥους πλείονα πίστιν αὐτοῖς ἐνέθηκε.

Cap. XXVIII. De transgressione praecepti dei.

Cap. XV. v. 1. *Tunc* — v. 2. *edunt.*

In vniuersis quidem duodecim tribubus erant scribae et Pharisaei: caeteris tamen iniquiores erant qui ab Ierosolymis erant, vtpote metropolim inhabitantes, ideoque fastum maiorem prae se ferentes. Viderant magnam populi fidem, et illam minuere conabantur: verum in Christo nihil erat quod carpere possent: sed discipulorum accusabant non iniquitatem, sed humani praecepti transgressionem. Neque enim iubebat lex diuina ne ederent priusquam lauarent, sed seniores populi. Ait enim Marcus: Pharisaei omnesque Iudaei nisi crebro lauerint manus, non capiunt cibum, obseruantes mordicus traditionem seniorum: et a foro reuertentes, nisi aspergantur, non comedunt, multaque sunt alia quae seruanda acceperunt, nempe lotiones poculorum et vrceorum, et aeramentorum, et lectorum. Haec quidem ait Marcus. πυγμῇ autem lauari (quod habet Marcus) est vsque ad cubitum lauari. Aduerte quod vbi in Marco cum caeteris omnibus interpretibus vertentes dicimus, Crebro lauerint, loco dictionis Crebro, habent Graeca πυγμῇ, ideo dicit autor noster quod πυγμῇ lauari, est vsque ad cubitum lauari: idque ab etymologia deduci videtur. Est enim πυγμὴ, ῆς, pugnus, et πυγὼν, ῶνος cubitus.) Lauabant autem pocula, vrceos, aeramenta et lectos, existimantes ea hoc modo sanctificari; aliaque multa huiusmodi tradebant obseruanda, legem quidem transgredientes, haec autem ridicula obseruantes. Discipuli vero frequenter illotis manibus edebant, non sectantes ista. Quomodo enim facere

Κεφ. ΚΗ. Περὶ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ.

Cap. XV. v. 1. Τότε — v. 2. ἐσθίωσιν.

Ἐν πάσαις μὲν ταῖς χώραις τῶν δώδεκα φυλῶν ἦσαν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι· πονηρότεροι δὲ τῶν ἄλλων ἦσαν, οἱ ἀπὸ ἱεροσολύμων, ὡς τὴν μητρόπολιν οἰκοῦντες, καὶ διὰ τοῦτο τετυφωμένοι. θεασάμενοι γὰρ τὴν μεγάλην τοῦ λαοῦ πίστιν, ἐσπούδασαν ἐλαττῶσαι αὐτήν. καὶ τῷ χριστῷ μὲν οὐδέν τι μέμψασθαι δύνανται, τῶν μαθητῶν δὲ κατηγοροῦσιν, οὐ παρανομίαν, ἀλλὰ παράβασιν ἀνθρωπίνου παραγγέλματος. τὸ γὰρ μὴ ἐσθίειν πρὸ τοῦ νίψασθαι, νόμος οὐ προσέταξε θεῖος, ἀλλ' οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ. φησὶ γὰρ ὁ μάρκος, ὅτι οἱ [e]) Φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσιν, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ ῥαντίσωνται, [8]) οὐκ ἐσθίουσι. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκίων καὶ κλινῶν. ταῦτα μέν, φησιν, ὁ μάρκος. ἔστι δὲ πυγμῇ νίπτεσθαι, τὸ νίπτεσθαι μέχρι τοῦ ἀγκῶνος. ἐβάπτιζον δὲ τὰ ποτήρια καὶ τοὺς ξέστας καὶ τὰ χαλκία καὶ τὰς κλίνας, ἁγιάζειν οὕτω ταῦτα δοκοῦντες. καὶ ἄλλα πολλὰ ἐκαινοτόμουν, τὸν μὲν νόμον παραβαίνοντες, τὰ καταγέλαστα δὲ ταῦτα παραφυλάττοντες. οἱ μαθηταὶ δὲ πολλάκις ἀνίπτοις χερσὶν ἤσθιον, οὐκ ἐπιτηδεύοντες τοῦτο· πῶς γάρ; οἱ μηδὲν μηδέποτε τοιοῦτον παρατη-

e) Marc. 7, 3. 4.

8) ῥαντίσονται. A. ῥαντίσωνται infra etiam in contextu habent Codd. Euthymii.

cere poterant, quum nunquam tale quippiam obseruassent: sed potius virtutis curam haberent, corporales consuetudines despicientes, eo quod earum transgressio nullum animae posset adferre nocumentum?

Vers. 3. *At ille — vestram?*

Non dixit, Benefaciunt transgrediendo, ne Iudaeis contentionis occasionem praeberet. Nec dixit, Malefaciunt, ne huiusmodi traditionem confirmaret. Neque eos calumniatur qui illam tradiderant, ne tanquam contumeliosum eum auersarentur. Sed statim e diuerso de maiori peccato accusat: ostendens non oportere eos qui Dei praeceptum transgrediuntur, accusare illos, qui hominum traditionem praetereunt. Deinde etiam dicit, quod Dei praeceptum transgrediuntur, et propter quam traditionem suam: ac illam praecipue in medium adducit iniquitatem, quae tunc inde emergebat.

Vers. 4. *Nam — moriatur.*

In libro Exodi ambo haec praecepta habentur.

Vers. 5. *Vos — in tuum vertitur commodum.*

Difficilis est horum ordo verborum, nisi primum rem enarremus: Seniores Iudaeorum docuerant iuuenes, vt praetextu diuini cultus parentes contemnerent. Siquis enim parentum peteret a filio ouem aut vitulum, aut aliud quippiam, praecipiebant illis, vt dicerent: Munus est Deo, quodcun-

9) Immo, τῆς ἐξόδου. Scilicet Exod. 20, 12. 21, 17. Atquae ita legit etiam Hentenius.

ρατηροῦντες· ἀλλὰ μόνης τῆς ἀρετῆς φροντίζοντες, τὰ τῆς σωματικῆς χρείας περιεφρόνουν, ὡς μηδὲν εἰς ψυχὴν δυνάμενα βλάπτειν.

Verſ. 3. Ὁ δὲ — ὑμῶν;

Οὐκ εἶπεν, ὅτι καλῶς ποιοῦσι παραβαίνοντες, ἵνα μὴ δῷ τοῖς ἰουδαίοις ἀφορμὴν φιλονεικίας, οὐδ' ὅτι κακῶς ποιοῦσιν, ἵνα μὴ βεβαιώσῃ τὴν τοιαύτην παράδοσιν, οὐδὲ διαβάλλει τοὺς παραδόντας αὐτὴν, ἵνα μὴ ὡς ὑβριστὴν τοῦτον ἀπογραφῶσιν, ἀλλ' εὐθὺς ἀντεγκαλεῖ περὶ μείζονος ἁμαρτήματος, δεικνὺς, ὅτι τοὺς τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ παραβαίνοντας οὐ χρὴ μέμφεσθαι τοῖς παραβαίνουσιν ἀνθρώπων παράδοσιν. εἶτα λέγει, καὶ ποίαν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ παραβαίνουσι, καὶ διὰ ποίαν παράδοσιν αὐτῶν, καὶ εἰς μέσον φέρει μάλιστα τὴν ἐπιπολάζουσαν τότε παρανομίαν.

Verſ. 4. Ὁ γὰρ — τελευτάτω.

Ἐν τῇ βίβλῳ τῆς [9]) γενέσεως καὶ ἄμφω αὗται αἱ ἐντολαὶ κεῖνται.

Verſ. 5. Ὑμεῖς — ὠφεληθῇς.

Δυσχερὴς [1]) ἡ τῶν ῥητῶν τούτων ἔσται σύνταξις, εἰ μὴ προδιηγησόμεθα τὴν ὑπόθεσιν. οἱ πρεσβύτεροι τῶν ἰουδαίων ἐπαίδευσαν τοὺς νέους, ἐν προφάσει εὐσεβείας, καταφρονεῖν τῶν γονέων. εἰ γάρ τις τῶν γονέων ἐζήτησε λαβεῖν ἀπὸ [2]) τῶν τοῦ υἱοῦ, πρόβατον ἢ μόσχον ἢ ἕτερόν τι, παρήγγελλον αὐτοῖς

[1]) Haec Huetius, tanquam ex Origenis catena, laudat ad Orig. III. p. 489. nota δ.
[2]) τῶν abeſt. A.

cunque ex me in tuum vertitur commodum, hoc est Deo consecratum est quodcunque a me lucrifacis: et ita docebant eos despicere parentes ac legem transgredi. Ignominia siquidem est, legisque transgressio, filios resistere parentibus. Nam et ipsos parentes Dei praetextu fraudabant re debita, et nec Deo illam offerebant. Haec itaque rei narratio est. Nunc vero oportet et dicta interpretari. Vos autem dicitis: hoc est vos interpretamini, vos docetis deceptionem illam humanam: Quisquis dixerit patri vel matri, Munus est Deo consecratum quicquid ex me in tuum vertitur commodum, siue quicquid ex me lucrifacere cupis.

† Quidam autem per defectum interpretantur hoc dictum dicentes: Deus quidem haec vel illa praecepit: vos autem haec reiicientes dicitis, Quisquis dixerit patri vel matri, Corban siue munus est Deo quaesitum, quodcunque ex me in tuum vertitur commodum, liberatus est. Hoc enim dicunt deficere, vtpote Iudaeis notum ad quos dirigebat sermonem.

Vers. 5. *Et — suam.*

Et talis homo iam impudens effectus, deinceps non honorabit parentes suos.

Vers. 6. *Et — vestram.*

Quum manifeste demonstrauerit illos iniquitatis esse praeceptores, ex consequenti quoque discipulos suos accusatione liberauit quod illorum non seruarent traditionem, qui Dei praeceptum non seruabant.

Vers. 7.

τοῖς λέγειν, ὅτι δῶρόν ἐστι τῷ Θεῷ, ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, τουτέστιν, ἀφιέρωται τῷ Θεῷ, ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ κερδάνῃς. καὶ οὕτως ἐδίδασκον αὐτοὺς ἀτιμάζειν τοὺς γονεῖς καὶ παρανομεῖν. ἀτιμία γὰρ, τὸ τοὺς παῖδας ἀπατᾷν τοὺς γονεῖς, καὶ παρανομία. τούς τε γὰρ γονεῖς ἀπεστέρουν, προφάσει τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ τῷ Θεῷ προσέφερον. ἡ μὲν οὖν διήγησις τοιαύτη. χρὴ δὲ λοιπὸν ἑρμηνεῦσαι καὶ τὰ ῥητά. Ὑμεῖς δὲ λέγετε, ἀντὶ τοῦ, ὑμεῖς ἑρμηνεύετε, ὑμεῖς διδάσκετε τὴν ἀπάτην τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ, ὅτι δῶρόν ἐστι τῷ Θεῷ, ὃ ἂν[3]) ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, εἴτουν, ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ κερδᾶναι θέλῃς.

[Τινὲς [4]) δὲ ἐλλειπτικῶς τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύοντες, φασὶν, ὅτι ὁ μὲν Θεὸς ἐνετείλατο τάδε καὶ τάδε· ὑμεῖς δὲ, ταῦτα ἀθετοῦντες, λέγετε, ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρὶ, κορβᾶν, ἤτοι δῶρόν ἐστι τῷ Θεῷ τὸ ζητούμενον, ἠλευθέρωται· τοῦτο γὰρ λέγουσιν ἐλλείπειν, ὡς τοῖς Ἰουδαίοις γνώριμον, πρὸς οὓς εἴρηκε τὸν λόγον.]

Verf. 5. Καὶ — αὐτοῦ.

Καὶ ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, ἀναίσχυντος τοῦ λοιποῦ γενόμενος, οὐκ ἔτι τιμήσει τοὺς γονεῖς αὐτοῦ.

Verf. 6. Καὶ — ὑμῶν.

Προδήλως ἀποδείξας αὐτοὺς παρανομίας διδασκάλους, ἀπήλλαξε μέμψεως λοιπὸν καὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, μὴ τηροῦντας τὴν παράδοσιν τῶν μὴ τηρούντων τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ.

Qq 5 Verf. 7.

3) ἐὰν. A.
4) Inclusa in margine habet. B.

Verſ. 7. *Hypocritae — Ieſaias.*

Hypocritas illos dixit, quia legem ſeruare videbantur, ipſam tamen transgrediebantur. Prophetam autem in medium adducit, qui iam olim illos accuſabat de his, de quibus ipſe nunc eos accuſat: et ſe eum eſſe oſtendit, qui etiam illa per prophetam loquebatur.

Verſ. 7. *Dicens — v. 9. hominum.*

Poſtquam dixit appropinquat mihi ore, interpretatus eſt hoc, addens: Et labiis me honorat, Deum me eſſe confitens et creatorem ac Dominum vniuerſi. Cor autem eorum longe abeſt a me, non appropinquans meis voluntatibus. Fruſtra autem colunt me, quum mea non ſeruent praecepta, ſed doceant doctrinas, quae ſunt praecepta hominum et non Dei. Timeamus ergo et nos qui ſumus Chriſti populus, ne etiam aduerſum nos haec dicantur.

Verſ. 10. *Et — eis.*

Illos tanquam incurabiles reliquit, vbi ſilentium eis impoſuiſſet, eosque confudiſſet: conuertit autem ſermonem ad turbam tanquam digniorem quae audiat.

Verſ. 11. *Audite — intelligite.*

Audite quod dico et intelligite illud. Hoc autem ait honorans illos, vt facilius ſuſcipiatur quod dicturus eſt.

Vers. 7. Ὑποκριταὶ — ἡσαΐας.

Ὑποκριτὰς αὐτοὺς εἶπεν, ὡς δοκοῦντας μὲν ἐννόμους, ὄντας δὲ παρανόμους. ἄγει δὲ τὸν προφήτην εἰς μέσον, πάλαι κατηγοροῦντα αὐτῶν, ἃ νῦν οὗτος κατηγόρησε, καὶ δείκνυσιν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κἀκεῖνα δι' ἐκείνου φθεγξάμενος.

Vers. 7. Λέγων — v. 9. ἀνθρώπων.

Εἰπὼν, ὅτι ἐγγίζει μοι τῷ στόματι, ἑρμήνευσε τοῦτο, προσθεὶς, ὅτι καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· θεὸν ὁμολογῶν με, καὶ ποιητὴν, καὶ κύριον τοῦ παντός· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω διΐσταται ἀπ' ἐμοῦ, μὴ πλησιάζουσα τοῖς ἐμοῖς θελήμασι· μάτην δὲ σέβονταί με, μὴ τὰς ἐμὰς φυλάσσοντες ἐντολὰς, ἀλλὰ διδάσκοντες διδασκαλίας, οὔσας ἐντάλματα ἀνθρώπων, καὶ οὐ τοῦ θεοῦ. φοβηθῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, ὁ τοῦ χριστοῦ λαὸς, μὴ καὶ καθ' ἡμῶν ταῦτα ῥηθείη.

Vers. 10. Καὶ — αὐτοῖς.

Ἐκείνους μὲν ἐπιστομίσας καὶ καταισχύνας ἀφῆκεν, ὡς ἀνιάτους· τρέπει δὲ τὸν λόγον πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς ἀξιολογώτερον.

Vers. 11. Ἀκούετε — συνίετε.

Ἀκούετε, ὃ ἐρῶ, καὶ γνῶτε αὐτό. λέγει δὲ τοῦτο, τιμῶν αὐτοὺς, ἵνα εὐπαράδεκτον γένηται τὸ ῥηθησόμενον.

Vers. 11.

Verſ. 11. *Non — hominem.*

Hoc eſt, Non ſordes manuum illotarum quae vna cum eſcis in os ingrediuntur contaminant aut conſpurcant hominem, quia nec tangunt animam: ſolum namque peccatum foedum eſt, quod animae nocet. Talis autem dicti huius interpretatio in promptu eſt.

Aiunt autem et alteram profundius eſſe recluſam, puta quod nihil factum a Deo, natura impurum eſt. Ait enim Moſes: Et vidit Deus quaecunque fecerat, et ecce bona valde. Dicunt ergo hac profundiori interpretatione ciborum reiici obſeruationem, quam Iudaei ſeruabant. Nam quum lex, quae de cibis erat, allegoricum haberet intellectum, Iudaei qui nihil excelſum cogitare poterant, corporaliter et prout in conſpicuo erant, omnia excipiebant.

Verſ. 11. *Sed — hominem.*

Egreditur de ore omnis ſermo: ſed nunc de malo loquitur, qui cor pro fonte habet. In ſequentibus autem manifeſtiora reddit, quae hic obſcure dicta ſunt.

Verſ. 12. *Tunc — offenſos fuiſſe.*

Quo ſermone? Eo videlicet quo dicebat, Non quod intrat in os, impurum reddit hominem: ſubuertebat enim traditionem ſeniorum.

Verſ. 13. *At ille — eradicabitur.*

Plantationem nunc dicit traditionem ſeniorum et praecepta hominum.

Verſ. 14.

Verſ. 11. Ου — ἄνθρωπον.

Κοινοῖ, ἀντὶ τοῦ, μιαίνει. λέγει τοίνυν, ὅτι οὐχ ὁ ἀπὸ τῶν ἀνίπτων χειρῶν ῥύπος, μετὰ τῶν βρωμάτων εἰσερχόμενος εἰς τὸ στόμα, μιαίνει τὸν ἄνθρωπον. οὐδὲ γὰρ ἅπτεται τῆς ψυχῆς. μόνον γὰρ μιαρὸν, ἡ ἁμαρτία, βλάπτουσα τὴν ψυχήν. ἡ μὲν οὖν πρόχειρος ἑρμηνεία τοῦ ῥητοῦ τοιαύτη.

Φασὶ δὲ καὶ ἄλλην ὑποκεκρύφθαι βαθυτέραν, ὅτι οὐδὲν, παρὰ θεοῦ γενόμενον, φύσει μιαρόν ἐστι. φησὶ γὰρ ὁ μωϋσῆς, καὶ εἶδεν f) ὁ θεὸς τὰ πάντα, ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ, καλὰ λίαν. καὶ λέγουσι διὰ ταύτης τῆς βαθυτέρας τὴν τῶν βρωμάτων ἐκβάλλεσθαι παρατήρησιν, ἣν ἰουδαῖοι παρεφυλάττοντο. τοῦ γὰρ περὶ βρωμάτων νόμου συμβολικὴν θεωρίαν ἔχοντος, οἱ ἰουδαῖοι μηδὲν ὑψηλὸν ἐννοεῖν δυνάμενοι, σωματικῶς πάντα καὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἐξελαμβάνοντο.

f) Geneſ. 1, 31.

Verſ. 11. Ἀλλὰ — ἄνθρωπον.

Ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος, πᾶς λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ πονηροῦ λέγει νῦν, ὃς ἔχει πηγὴν, τὴν καρδίαν. προϊὼν δὲ σαφηνίζει τὰ ἀσαφῶς ἐνταῦθα ῥηθέντα.

Verſ. 12. Τότε — ἐσκανδαλίσθησαν,

Ποῖον λόγον; δηλαδὴ τὸν λέγοντα, ὅτι οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. ἀνέτρεπε γὰρ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων.

Verſ. 13. Ὁ δὲ — ἐκριζωθήσεται.

Φυτείαν λέγει νῦν, τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τὰ ἐντάλματα τῶν ἀνθρώπων.

Verſ. 14.

Verſ. 14. *Sinite illos.*

Tanquam incurabiles. Ideo enim neque ipſe curauit illorum offenſionem, ſciens nihil illis profuturum eſſe quicquid diceret.

Verſ. 14. *Duces — caecorum.*

Caecos vocat eos tanquam animae oculo a fluxu affectionum excaecatos, et quaſi non potentes oculos intendere in lucem veritatis. Nec ſolum hoc, ſed et duces eorum, qui ab ignorantia ſcripturarum excaecati ſunt. Grande ſiquidem malum eſt aliquem eſſe caecum: eum vero qui caecus eſt, ducatum alteri caeco praeſtare, duplex certe malum eſt.

Verſ. 14. *Caecus — cadunt.*

Hoc manifeſtum eſt.

Verſ. 15. *Reſpondens — hanc.*

Marcus autem dixit: Et quum ingreſſus eſſet domum ſemotus a turba, interrogauerunt eum diſcipuli eius de parabola. Quum enim Petrus inchoaſſet: alii quoque pariter interrogauerunt. Parabolam autem vocant Hebraei aenigma et ſermonem obſcurum. Nam quia ſuperius dixerat Chriſtus, Quod egreditur de ore hoc impurum reddit hominem. Deinde ſicut refert Marcus, ſubiunxerat, ſi quis habet aures ad audiendum audiat, viſus eſt eis ſermo obſcurus, et ideo parabolam illum vocantes de ipſo interrogant.

Verſ. 16.

Verſ. 14. Ἄφετε αὐτούς.

Ὡς ἀνιάτους. διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐθεράπευσε τὸ σκάνδαλον αὐτῶν, εἰδὼς αὐτοὺς οὐδὲν ὠφεληθησομένους.

Verſ. 14. Ὁδηγοί — τυφλῶν.

Τυφλοὺς αὐτοὺς φησὶν, ὡς πηρωθέντας τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος τῶν παθῶν, καὶ ὡς μὴ δυναμένους ἐνατενίζειν τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας. καὶ μὴ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁδηγοὺς ὄντας τῶν πεπηρωμένων ὑπὸ τῆς ἀγνοίας τῶν γραφῶν. μέγα μὲν γὰρ κακὸν τὸ, τυφλὸν εἶναί τινα· τὸ δὲ καὶ, τυφλὸν ὄντα, ὁδηγεῖν ἕτερον, διπλοῦν ἄρα κακόν.

Verſ. 14. Τυφλὸς — ἐμπεσοῦνται.

Τοῦτο, σαφές ἐστιν.

Verſ. 15. Ἀποκριθεὶς — ταύτην.

Ὁ δὲ μάρκος εἴρηκεν, ὅτι καὶ ὅτε g) εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς. τοῦ πέτρου γὰρ προκαταρξαμένου, καὶ οἱ ἄλλοι συνεπηρώτησαν. παραβολὴν δὲ καλοῦσιν ἑβραῖοι, τὸ αἴνιγμα, τὸν σκοτεινὸν λόγον. καὶ ἐπεὶ εἶπεν ὁ χριστὸς ἀνωτέρω, ὅτι τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· εἶτα, καθά φησι μάρκος, h) ἐπήγαγεν, ὅτι ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω· καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς ἀσαφὴς ὁ λόγος· παραβολὴν τοῦτον ὀνομάσαντες, ἐρωτῶσι περὶ τούτου.

g) Marc. 7, 17.

h) Marc. 7, 16.

Verſ. 16.

Verſ. 16. *Ieſus autem — v. 17. emittitur?*

Omnia haec, per interrogationem legenda ſunt.

Marcus autem poſtquam dixit, et in ſeceſſum egreditur, addit, Quod purgat omnes eſcas, hoc eſt puras relinquit. Dictae enim ſordes in ſeceſſum egreſſae, pura relinquunt quae intus remanent alimenta, quae videlicet natura retinuit.

† Ἕδρα quidem inter alia ſignificat etiam corporis partem qua ſedetur. Eius autem compoſitum *ἀφεδρὼν*, *ῶνος* fimus eſt, vel ſtercus, quod ſecernitur.

Verſ. 18. *Quae — hominem.*

Dixit enim etiam viceſimo ſecundo capite, quod ex abundantia cordis os loquitur. Primum enim in corde concupiſcimus: deinde quod deſideratum eſt, per os educimus, et ita quod foris ingreditur, rurſum foras procedit: quod autem ab interioribus egreditur, adhuc intus manet et contaminat.

Verſ. 19. *A — blaſphemiae.*

Marcus vero latius enumerat et alia: auaritiam, malitiam, dolum, impudicitiam, oculum prauum, ſuperbiam, et ſtultitiam. Vt autem breuiter et aperte dicam, cogitationes malae ſunt nociuae

[5]) Hentenius omittit *ἀκμὴν — ἔτι*, reliqua autem cum proximo ſcholio coniungit.
[6]) *καθαρίζων*. A.
[7]) *ἀπολιμπάνων*. A.
[8]) Incluſa habet in marg. B.

Verſ. 16. Ὁ δὲ ἰησοῦς — ἐςε;

Ἀκμὴν, ἀντὶ τοῦ, ἔτι. κατ' ἐρώτησιν δὲ καὶ τοῦτο καὶ τὰ[5]) ἑξῆς.

Verſ. 17. Οὔπω — ἐκβάλλεται;

Ὁ δὲ μάρκος εἰπὼν, ὅτι καὶ i) εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, προσέθηκεν, ὅτι καθαρίζον[6]) πάντα τὰ βρώματα, τετέςι, καθαρὰ[7]) ἀπολιμπάνον. καὶ γὰρ ὁ δηλωθεὶς ῥύπος, ἐξέρχεται εἰς τὸν ἀφεδρῶνα, καθαρὰ ἀφιεὶς ἔνδον πάντα τὰ βρώματα, ὅσα δηλαδὴ παρακατέσχεν ἡ φύσις. i) Marc. 7, 19.

[Ἕδρα[8]) μὲν, τὸ μέρος τῦ σώματος· ἀφεδρὼν δὲ, ὁ[9]) κοπρών.]

Verſ. 18. Τὰ — ἄνθρωπον.

Εἴρηκε γὰρ, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῦ εἰκοςῦ δευτέρυ κεφαλαίου, ὅτι k) ἐκ τῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ ςόμα λαλεῖ. ἐνθυμούμεθα[1], γὰρ πρῶτον ἐν τῇ καρδίᾳ, εἶτα τὸ ἐνθυμηθὲν ἐξάγομεν διὰ τῦ ςόματος. καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν εἰσπορευόμενον, ἔξω πάλιν χωρεῖ· τὸ δὲ ἔσωθεν ἐκπορευόμενον, ἔσω πάλιν μένει, καὶ μιαίνει. k) Matt. 12, 34.

Verſ. 19. Ἐκ — βλασφημίαι.

Ὁ δὲ μάρκος l) πλατύτερον ἀπαριθμεῖται καὶ ἕτερα, πλεονεξίαν, πονηρίαν, δόλον, ἀσέλγειαν, ὀφθαλμὸν πονηρὸν, ὑπερηφανίαν καὶ ἀφροσύνην· συντόμως δὲ καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, διαλογισμοὶ μέν εἰσι l) Marc. 7, 22.

9) κοπρὼν non eſt ſtercus, vt reddidit Hentenius. Nam id eſt κόπρος. Sed κοπρὼν eſt receptaculum ſtercoris, quo ſtercus eiicitur.

1) ἐνθυμέμενος. A.

uae concupiscentiae: caedes vero, furtum, falſum teſtimonium, auaritia, dolus et ſuperbia nota ſunt: adulterium autem eſt, ad alienam vxorem accedere: fornicatio vero ad eam quae virum non habet: blasphemia autem eſſe Deo contumelioſum vel ingratum, aut illum accuſare: Malitia eſt cogitare mala aduerſus aliquem, aut ſuſpicari de illo quae non oportet: impudicitia eſt concubitus cum maſculo, aut ſi quae eſt huiusmodi laſciuia: oculum autem malum vocat inuidiam: Stultitia vero proprie eſt non noſſe Deum: Dixit ſtultus, inquit, in corde ſuo, non eſt Deus. Sunt autem et alia mala innumera quae nunc praetermiſit Chriſtus, eo quod ſufficiant ea quae dicta ſunt, ad habendam etiam illorum notitiam. Haec ergo a corde dixit egredi, quoniam ab illo principium habent: Horum autem principia concupiſcentiae ſunt, quae a corde ſolent emanare. Quia vero a corde, omnino etiam ab ore egrediuntur: quando in corde ebulliendo in modum mali humoris, quod ſuperfluum eſt euomi cogitur.

Verſ. 20. *Haec — hominem.*

Scientes et nos deinceps quae ſint ea quae hominem contaminant, hanc ſane immunditiam abiiciamus, quae ſordidam reddit animam. Si enim ipſa ſit impura, etiam ſi totis fluminibus corpus laue-

[2]) Ita vterque Codex. Atque ita etiam videtur legiſſe Hentenius, niſi πρὸς loco εἰς inuenerit, quod ipſe etiam malim. Sed idem mox repetitur. Forte ἀπελθεῖν corruptum eſt, quod non memini legere hoc ſenſu. Deinde εἰς videtur notare non *ad* ſed *contra*, vt παροινεῖν εἰς. Rariora ſaepenumero Euthymius adhibet vocabula. Forte ſcripſit ἀβελ-

εἰσι πονηροὶ, τὰ βλαβερὰ ἐνθυμήματα· ὁ δὲ φόνος καὶ ἡ κλοπὴ καὶ ἡ ψευδομαρτυρία καὶ ἡ πλεονεξία καὶ ὁ δόλος καὶ ἡ ὑπερηφανία, γνώριμα. μοιχεία δέ ἐστι, τὸ εἰς τὴν ὕπανδρον [2]) ἀπελθεῖν· πορνεία δὲ τὸ, εἰς τὴν μὴ ἔχουσαν ἄνδρα. βλασφημία δὲ, τὸ ὑβρίζειν τὸν θεὸν, ἢ ἀχαριστεῖν αὐτῷ ἢ μέμφεσθαι αὐτῷ. πονηρία δὲ, τὸ μελετᾷν [3]) κατά τινος, ἢ ὑπολαμβάνειν, ἃ μὴ χρὴ περὶ αὐτοῦ. ἀσέλγεια δὲ, ἡ ἀρσενοκοιτία, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἀκόλαστον. ὀφθαλμὸν δὲ πονηρὸν ἐνταῦθα λέγει, τὴν βασκανίαν. [4]) ἀφροσύνη δὲ κυρίως, τὸ μὴ εἰδέναι τὸν θεόν. εἶπε γάρ, φησιν, ἄφρων [m]) ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι θεός. m) Pf. 13, 1. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι κακίαι μυρίαι. παρέλιπε δὲ [5]) νῦν ταύτας ὁ χριστὸς, διὰ τὸ ἀρκεῖν τὰ ῥηθέντα πρὸς τὴν κἀκείνων διάγνωσιν. ταῦτα δὲ πάντα ἐκ τῆς καρδίας εἶπεν ἐξέρχεσθαι, διότι τὰς ἀρχὰς ἐξ αὐτῆς ἔχουσιν. ἀρχαὶ γὰρ τούτων, αἱ ἐνθυμήσεις, ἃς ἡ καρδία πηγάζειν εἴωθεν. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται, πάντως καὶ ἐκ τοῦ στόματος, ὅταν ὑπερβλυσάντων [6]) ἐν τῇ καρδίᾳ, δίκην πονηροῦ χυμοῦ, τὸ περιττεῦον ἐξεμεθῆναι βιάσηται.

Verf. 20. Ταῦτα — ἄνθρωπον.

Μαθόντες ἤδη καὶ ἡμεῖς τὰ μιαίνοντα τὸν ἄνθρωπον, ταύτην ἄρα τὴν ῥυπαρίαν ἀποῤῥύψωμεν, τὴν κηλιδοῦσαν τὴν ψυχήν. ἐὰν γὰρ ὅλοις ποταμοῖς τὸ σῶμα λούσῃς, οὐδὲν ὄφελος, ἀκαθάρ-

Rr 2

ἀβελτερεῖν, cuius tamen exempla ignoro, etsi nota funt ἀβέλτερος, ἀβελτηρία.

[3]) Hentenius, *mala*. Videtur ergo excidiffe κακὰ, ob proximum κατά.

[4]) Omittit Codex B. τὴν βασκανίαν.

[5]) νῦν, abeft. A.

[6]) intell. αὐτῶν.

lauerit, nihil tibi proderit: illa vero, aqua lachrymarum et purificatione virtutum abluitur.

Cap. XXIX. De Phoenicissa siue Cananaea.

Vers. 21. *Et — Sidonis.*

Hae ciuitates Cananaeorum erant. Quomodo ergo qui discipulis praecepit ne in viam gentium abirent, ipse abit? Non abit praedicaturus, sed vt paululum requiesceret. Ideo etiam postquam abiisset, ingressus domum, prout Marcus ait, neminem scire voluit, nec potuit latere.

Vers. 22. *Et — ad eum.*

Marcus ait: Erat autem mulier Graeca, Syra, Phoenicissa: hoc est Graeca quidem religione, Syra vero lingua, Phoenicissa vero genere siue gente. Phoenices enim Cananaei dicebantur, eo quod metropolim Phoenicem haberent. Haec ergo quum famam quidem eius iam olim audisset, nunc vero quod eo accessisset, sequuta est eius vestigia.

† Syra Phoenicissa est cuiusque anima, mentem quasi filiam habens, quae materiae tenetur amore: et ideo comitiali morbo laborat, ac discruciari dicitur.

Vers. 22.

7) *ἀδιάσαι.* A. Ἀδειάζειν, quod raro occurrit, est ex *ἄδεια*, notatque *ἄδειαν ἔχειν*, *ἐν ἀδείᾳ ζῆν*. Hoc loco *ἄδειαν πραγμάτων*, *ἄδειαν τοῦ διδάσκειν ἔχειν*.

8) *τὴν*, quod vulgares editiones habent, omittit etiam infra in contextu.

θάρτου μενούσης αὐτῆς, ἥτις ὕδατι δακρύων καὶ καθαρσίοις ἀρετῶν ἀπολούεται.

Κεφ. ΚΘ. Περὶ τῆς χαναναίας.

Verſ. 21. Καὶ — σιδῶνος.

Αὗται αἱ πόλεις τῶν χαναναίων ἦσαν. πῶς οὖν, τοῖς μαθηταῖς ἐντειλάμενος, εἰς [n]) ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπελθεῖν, αὐτὸς ἄπεισιν; οὐκ ἀπῆλθε κηρύξων· εἰς τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς μαθητὰς ἐκώλυσεν· ἀλλὰ θέλων [7]) ἀδειάσαι μικρόν. διὸ καὶ μετὰ τὸ ἀπελθεῖν, ὡς ὁ μάρκος εἶπεν, εἰσελθὼν [o]) εἰς [8]) οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι, καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν.

n) Matt. 10, 5.

o) Marc. 7, 24.

Verſ. 22. Καὶ — αὐτῷ.

Ὁ δὲ μάρκος φησὶν, ἦν [p]) δὲ ἡ γυνὴ ἑλληνὶς, σύρα, φοινίκισσα τῷ γένει, τουτέστιν, ἑλληνὶς μὲν, τὴν θρησκείαν· σύρα δὲ, τῇ διαλέκτῳ· φοινίκισσα δὲ, τῷ γένει, εἴτουν, τῷ ἔθνει. φοίνικες γὰρ, οἱ χαναναῖοι ἐλέγοντο, διὰ τὸ μητρόπολιν ἔχειν τὴν φοινίκην. ἀκούσασα δὲ πάλαι μὲν τὴν φήμην αὐτοῦ, νῦν δὲ, ὅτι [9]) ἐπιδεδήμηκεν, ἀνίχνευσεν αὐτόν.

p) Marc. 7, 26.

[[1]) Συροφοινίκισσά [2]) ἐστιν, ἡ ἑκάστου ψυχὴ, ἔχουσα, καθάπερ θυγατέρα, τὴν διάνοιαν κεκρατημένην τῇ φιλίᾳ τῆς ὕλης, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιληπτευομένην, καὶ διαῤῥησσομένην.]

9) ὅτι habet vterque codex. Ne ergo quis coniiciat ὅτε, ex ſuperioribus repetendum, τὸ ἀκούσασα, vt ſit, νῦν δὲ ἀκούσασα, ὅτι.

1) Quae incluſimus, ea B. habet in margine.

2) Ita alii legunt.

Verſ. 22. *Dicens: — torquetur.*

Filia quae a daemonio torquebatur relicta, eo quod omnino ſenſu careret, ſeipſam profert quaſi maxime indigeat vt ſui miſereatur, quia morbum ſentiebat, et ideo innumera ſuſtinebat incommoda. Filium autem Dauid eum vocat, quod didicerat a genere Dauid Chriſtum oriundum. Omnibus ſiquidem nominatiſſimus erat Dauid. Male, inquit, a Daemonio torquetur, hoc eſt miſere.

Verſ. 23. *Ipſe — verbum.*

Illa quidem alte vociferatur, dolorem qui latebat in corde ſignificans: ipſe vero penitus ſilet, ſuſtinens donec omnis illius fides, animi modeſtia ac prudentia manifeſtaretur: quod vario modo facere ſolet in multis. Simul etiam vt ediuerſo Iudaeis oſtenderet, qualem erga illos gereret affectum, quum infirmos eorum ſemel tantum rogatus, imo nec ſemel quidem, ſtatim curabat: gentilium vero non ita.

Verſ. 23. *Et — nos.*

Quod hic dicitur, Rogabant, litera habet ἠρώτων, quod verbum licet vt plurimum interrogare ſignificet, interdum tamen ſignificat deprecari. Nam et hoc loco Marcus eo vtitur, quum de muliere loquens ait: ἠρώτα, hoc eſt, deprecabatur eum vt daemonium eiiceret a filia ſua. Et Lucas quinquageſimo quarto capite ἐρωτῶ, hoc eſt deprecor te, habe me excuſatum. Eſt et vbi iubere ſignificat, vt quum circa finem decimi capitis apud Lucam

*) Forte Hentenius reperit, τῇ καρδίᾳ. Ferri poteſt vtrumque. τῆς καρδίας, pendet ex, τὸν πόνον.

Verſ. 22. Λέγουσα — δαιμονίζεται.

Τὴν θυγατέρα δαιμονιζομένην ἀπολιποῦσα, διὰ τὸ παντελῶς ἀναισθητεῖν, πρόσεισιν, ἑαυτὴν ἐλεηθῆναι μάλιστα δεομένη, τὴν αἰσθανομένην τῆς νόσου, καὶ διὰ τοῦτο μυρία πάσχουσαν. υἱὸν δὲ δαυῒδ αὐτὸν καλεῖ, διὰ τὸ μαθεῖν, ὅτι ἐκ δαυῒδ κατάγει τὸ γένος. πᾶσι γὰρ ὁ δαυῒδ ὀνομαστότατος ἦν· κακῶς δέ, φησι, δαιμονίζεται, ἀντὶ τοῦ, χαλεπῶς.

Verſ. 23. Ὁ — λόγον.

Ἡ μὲν βοᾷ μεγάλα, τὸν ἐνδομυχοῦντα [3]) τῆς καρδίας πόνον ἐνδεικνυμένη· αὐτὸς δὲ σιγᾷ παντελῶς, ἀναμένων ἅπασαν φανερωθῆναι τὴν πίστιν, καὶ ταπείνωσιν, καὶ σύνεσιν αὐτῆς, ὅπερ διαφόρως εἴωθε ποιεῖν ἐν πολλοῖς· ἅμα δὲ καὶ ἀντεπιδεικνύμενος ἰουδαίοις, οἵαν περὶ αὐτοὺς ἔχει διάθεσιν, ὅτι τοὺς μὲν ἀῤῥώστους αὐτῶν ἅπαξ αἰτηθεὶς, ἢ οὐδ' ἅπαξ, εὐθὺς θεραπεύει, τοὺς δὲ τῶν ἐθνῶν οὐχ οὕτως.

Verſ. 23. Καὶ — ἡμῶν.

Ἠρώτων, ἀντὶ τοῦ, παρεκάλουν. καὶ γὰρ καὶ ὁ μάρκος εἴρηκε περὶ τῆς γυναικὸς, ὅτι καὶ q) ἠρώτα αὐτὸν, ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, ἤγουν, παρεκάλει. τὸ γὰρ ἐρωτῶ, σημαίνει μὲν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τὸ πυνθάνεσθαι· σημαίνει δὲ καὶ, τὸ παρακαλῶ. ὡς τὸ r) ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. ἔστι δ', ὅτε δηλοῖ καὶ τὸ προστάσσω. ὡς τὸ ἐμβὰς s) δὲ [4]) εἰς ἓν τῶν πλοίων,

q) Marc. 7, 26.

r) Luc. 14, 18.

s) Luc. 5, 3.

4) δὲ, abeſt. A.

Lucam dicitur: Ingressus autem in vnam nauim quae erat Simonis ἠρώτησεν, id est iussit eum vt a terra abduceret pusillum. Tanquam praeceptor enim iussit. Nam et paulo post quasi autoritatem habens dixit, duc in altum.

Vers. 24. *At ille — Israel.*

Sufficiebat quidem silentium, vt eam in desperationem coniiceret: at responsio multo etiam amplius desperationem intendit. Respondit enim: Non sum missus nisi ad Iudaeos, hos enim appellauit oues perditas domus Israel. Nam decimonono quoque capite rursum ita dixit Apostolis: Ite autem potius ad oues perditas domus Israel. Quid ergo mulier? Quum sese videret esse despectam, repudiatos etiam illos qui pro ea deprecarentur, non desperauit: nam magnam habebat fidem ac prudentiam: sed impudens est honesta impudentia: et iam relicto clamore qui eminus fiebat, propius accessit. Nos autem non ita, sed vbi statim non assequimur, desistimus: quum propius oporteret accedere, et feruentius orationi incumbere.

Vers. 25. *Illa — me.*

Vsque tunc enim neque in illius conspectum ausa fuerat accedere, indignam sese reputans.

Vers. 26. *Ille — catellis.*

Quantum illa augebat petitionem, tantum ipse repulsionem. Marcus ait quod dixerit ei: sine primum saturari filios. Vndique enim ostendebat fami-

πλοίων, ὃ ἦν τοῦ σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον. ὡς διδάσκαλος γὰρ προσέταξεν. ἐπεὶ καὶ μετὰ μικρὸν ἐξουσιαστικῶς εἶπεν, ἐπανάγαγε[t]) εἰς τὸ βάθος. t) Luc. 5, 4.

Verſ. 24. Ὁ — ἰσραήλ.

Ἱκανὴ μὲν καὶ ἡ σιωπὴ, εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν αὐτήν· ἡ δ' ἀπόκρισις πολλῷ πλέον τὴν ἀπορίαν ἐπέτεινεν. ἀπεκρίθη γὰρ, ὅτι οὐκ ἀπεστάλην εἰς ἄλλους, εἰ μὴ εἰς τοὺς ἰουδαίους. τούτους γὰρ ὠνόμασε πρόβατα ἀπολωλότα οἴκου ἰσραήλ. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῖς ἀποστόλοις οὕτω[5]) πάλιν εἶπε. πορεύεσθε[v]) δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου ἰσραήλ. v) Matt. 10, 6. τί οὖν ἡ γυνή; θεασαμένη παροφθεῖσαν μὲν ἑαυτὴν, ἀποπεμφθέντας δὲ καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς παρακαλέσαντας, οὐκ ἀπέγνω· πολλὴν γὰρ εἶχε πίστιν καὶ σύνεσιν· ἀλλ' ἀναισχυντεῖ καλὴν ἀναισχυντίαν, καὶ ἀφεῖσα τὸ κράζειν πόῤῥωθεν, ἐγγὺς ἔρχεται. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὅταν μὴ τύχωμεν, ἀφιστάμεθα, δέον ἐγγύτερον προσελθεῖν, καὶ θερμότερον ἐπικεῖσθαι.

Verſ. 25. Ἡ — μοι.

Ἄχρι γὰρ τότε, οὐδ' εἰς ὄψιν αὐτοῦ τετόλμηκεν ἐλθεῖν, ἀναξίαν ἑαυτὴν κρίνουσα.

Verſ. 26. Ὁ — κυναρίοις.

Ὅσον ἐπέτεινεν ἐκείνη τὴν αἴτησιν, τοσοῦτον καὶ αὐτὸς τὴν παραίτησιν. ὁ δὲ μάρκος φησὶν, ὅτι εἶπεν αὐτῇ, ἄφες[x]) πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα. x) Marc. 7, 27.

 παι-

5) οὕτω, abeſt. A.

familiaritatem ac dilectionem erga Iudaeos, eorumque procurabat honorem. Filios quidem eos vocauit tanquam suos ac dilectos: Ethnicos vero catellos tanquam impuros ac sceleſtos. Panem autem dicit sanitatem non corporum tantum, verum etiam animarum. Et vide mulieris prudentiam: Christi enim verbis perculsa, suum ab illis texit patrocinium.

Vers. 27. *At illa — suorum.*

Certe Domine vere dixisti: illi quidem sunt filii, ego vero vna e catellis: ideoque mei potius misereri oportet. Nam et catelli edunt de micis quae cadunt a mensa dominorum suorum. Quia ergo catella sum, non aliena sum, neque de micis participare prohibeor, sicut neque catelli: de micis inquam intellectualibus, id est sanitatibus collatis ab eo, qui nunc casu sese obtulit. Quod ergo adeo repulsa non discessit, fidei erat: quod vero se catellam est confessa, humilitatis: quod autem à Christi sermonibus patrocinium sibi aptauerit, prudentiae. Propterea enim Christus sanitatem distulit, vt haec manifesta fierent: atque per illa huius philosophiam demonstraret, vtque confunderentur Iudaei, adeo fide, humilitate ac prudentia a gentili muliere superati: praeterea vt haec videntes Apostóli, sumerent audaciam, quum postmodum ad gentes emitterentur. Iam itaque Christus illius fidem promulgat.

Vers. 28. *Tunc — illa hora.*

Marcus autem ait Christum ad illam dixisse: Propter hunc sermonem, abi: exiuit daemonium a filia

[6]) ἀνεβάλλετο. B.

πανταχόθεν γὰρ ἐδήλε τὴν τῶν ἰεδαίων οἰκείωσιν, καὶ τὴν εἰς αὐτοὺς ἀγάπην καὶ τιμὴν καὶ κηδεμονίαν. καὶ τέκνα μὲν αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς γνησίους καὶ ὡς ἠγαπημένους· κυνάρια δὲ, τὰ ἔθνη, ὡς ἀκάθαρτα, καὶ ὡς μιαρά. ἄρτον δὲ λέγει, τὴν θεραπείαν, ἐ τὴν σωματικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχικήν. καὶ ὅρα σύνεσιν γυναικός. δεξαμένη γὰρ τῶν τοῦ χριστοῦ ῥημάτων, ἀπ' αὐτῶν πλέκει συνηγορίαν ἑαυτῆς.

Vers. 27. Ἡ δὲ — αὐτῶν.

Ναὶ, κύριέ, φησιν, ἀληθῶς εἶπας. τέκνα μὲν ἐκεῖνοι· κυνάριον δὲ ἐγώ· καὶ διὰ τοῦτό με χρὴ μᾶλλον ἐλεηθῆναι· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἀπὸ τῶν ψιχίων ἐσθίει τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. ἐπεὶ τοίνυν κυνάριόν εἰμι, οὐκ εἰμὶ ἀλλοτρία, ἐδὲ κωλύομαι τῶν ψιχίων μετασχεῖν, ὥσπερ ἐδὲ τὰ κυνάρια. ψιχίων νοεμένων, τῶν ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἰάσεων. τὸ μὲν οὖν μὴ ἀποστῆναι, τοσοῦτον ἐξεδενωθεῖσαν, πίστεως ἦν· τὸ δὲ συνομολογῆσαι κυνάριον ἑαυτὴν, ταπεινώσεως· τὸ δ' ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ χριστοῦ κατασκευάσαι συνηγορίαν, συνέσεως. διὰ ταῦτα τοίνυν [6]) ἀνεβάλετο τὴν ἴασιν ὁ χριστὸς, ἵνα ταῦτα φανερωθῶσιν, ἵνα δείξῃ τὴν ἐν τούτοις φιλοσοφίαν αὐτῆς, ἵνα καταισχυνθῶσιν ἰεδαῖοι, τοσοῦτον εἰς πίστιν καὶ ταπείνωσιν καὶ σύνεσιν ἡττώμενοι γυναικὸς ἐθνικῆς, ἵνα ταῦτα βλέποντες οἱ ἀπόστολοι, θαῤῥήσωσιν ὕστερον, ἀποστελλόμενοι πρὸς τὰ ἔθνη. λοιπὸν οὖν ἀνεκήρυξεν αὐτὴν ὁ χριστός.

Vers. 28. Τότε — ὥρας ἐκείνης.

Ὁ δὲ μάρκος, εἰπεῖν τὸν χριστὸν πρὸς αὐτήν, φησιν, ὅτι [y]) διὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕπαγε, ἐξελήλυθε

y) Marc. 7, 29.

filia tua, hoc est propter hunc sermonem quo sapienter admodum vsa es ad patrocinium. Etenim saluator et fidem eius laudauit et prudentiam. Et ideo Matthaeus quidem laudem fidei eius scripsit: Marcus vero prudentiae.

Tu autem considera quomodo quum Apostoli pro illa deprecati fuissent, nihilque effecissent, ipsa potius perfecit. Hinc enim docemur, quod Deus mauult nos pro nobisipsis obsecrare: discipuli enim maiori libertate vtebantur, sed mulier magnam demonstrauit constantiam ac perseuerantiam. Et vere magna potest precationis assiduitas.

Praefigurabat autem iuxta allegoriam Cananaea haec mulier ecclesiam e gentibus congregandam, quae dum in finibus suarum obseruantiarum permansit, filiam habebat a daemonio agitatam, videlicet operationem daemonibus subiectam. Vbi autem egressa est a finibus suis, oblita scilicet populi sui ac domus patris sui, Christi sermone digna effecta est, et a daemonum violentia liberata.

Vers. 29. *Et — illic.*

Interdum quidem ipse circumit, sanans eos qui male habent: quandoque autem sedet expectans eos quibus cura opus est: illud quidem sua bonitate, hoc vero, vt de infirmorum fide sumat experimentum. Frequenter autem in montem ascendit, propter suae altitudinem diuinitatis: ac docens a solo eleuari eos, qui Deo appropinquare cupiunt.

Cap.

7) Haec fortasse contra Codicem suum mutauit Hentenius.

λυθε τὸ δαιμόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σου, τετέςι, διὰ τὸν λόγον, ᾧτινι πρὸς συνηγορίαν ἐχρήσαι, συνετῶς ἄγαν. καὶ γὰρ ὁ σωτὴρ καὶ τὴν πίςιν αὐτῆς ἐπήνεσε, καὶ τὴν σύνεσιν. καὶ διὰ τοῦτο ματθαῖος μὲν τὸν ἔπαινον τῆς πίςεως αὐτῆς ἔγραψε, μάρκος δὲ τὸν τῆς συνέσεως.

Σὺ δὲ σκόπει, πῶς τῶν ἀποςόλων δεηθέντων ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ μηδὲν ἀνυσάντων, αὐτὴ μᾶλλον ἤνυσε. διδασκόμεθα γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι ὁ θεὸς βέλεται μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἱκετεύειν. οἱ μὲν γὰρ μαθηταὶ μείζονα παῤῥησίαν εἶχον, ἀλλ' ἡ γυνὴ πολλὴν καρτερίαν ἐπεδείξατο. καὶ ὄντως μεγάλα δύναται πρεσβεία παρακλήσεως.

Προετύπε δὲ κατὰ ἀλληγορίαν ἡ χαναναία αὕτη γυνὴ, τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, ἥτις ἕως μὲν ἔμενεν ἐν τοῖς ὁρίοις τῆς θρησκείας αὐτῆς, εἶχε τὴν θυγατέρα δαιμονιζομένην, ἤγουν, τὴν πρᾶξιν κυριευομένην ὑπὸ δαιμόνων· ἐξελθοῦσα δὲ τῶν ὁρίων αὐτῆς· ἐπιλάθε z) γάρ, φησι, τοῦ λαῦ σε, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· λόγου ἠξιώθη παρὰ χριςοῦ, καὶ ἀπηλλάγη τῆς δυναςείας τῶν δαιμόνων. z) Pf. 44. 11.

Verf. 29. Καὶ — ἐκεῖ.

Ποτὲ μὲν, αὐτὸς περιέρχεται θεραπεύων τὰς κακῶς ἔχοντας, ποτὲ δὲ, κάθηται περιμένων τοὺς χρῄζοντας θεραπείας· ἐκεῖνο μὲν, δι' οἰκείαν ἀγαθότητα, τοῦτο δὲ, δοκιμάζων τὴν πίςιν τῶν καμνόντων. συνεχῶς δὲ εἰς ὄρος ἄνεισι, διὰ τὸ ὕψος τῆς ἑαυτοῦ θεότητος, καὶ παιδεύων ἐπαίρεσθαι χαμόθεν τοὺς πλησιάζειν τῷ θεῷ θέλοντας.

Κεφ.

Cap. XXX. De turbis ſanatis.

Verſ. 30. *Et — multos.*

Κυλλοὶ (pro quo Mutilos vertimus) proprie dicuntur, qui manibus carent, ſicut triceſimo ſeptimo capite manifeſtius patebit.

Verſ. 30. *Et — illos.*

Vide proficientem illorum fidem. Neque enim amplius tangunt fimbriam veſtimenti eius, ſed proiiciunt ſolum ad pedes eius: et repente curat illos: non quod maioris ſint fidei quam Cananaea, ſed quod Iudaei ſint: vt ingratorum obturet ora Iudaeorum, demonſtrans illos maiori dignos ſupplicio. Ingratus enim quanto maioribus pluribusque afficitur beneficiis, tanto ad maiorem poenam luendam eſt obnoxius.

Verſ. 31. *Ita vt — videre.*

Mirabantur propter eorum multitudinem qui curabantur, et propter curationis velocitatem.

Verſ. 31. *Et — Iſrael.*

Deum ipſius Iſrael, hoc eſt, qui ab Iſraelitis colebatur.

Cap. XXXI. De ſeptem panibus.

Verſ. 32. *Ieſus autem — edant.*

Dies tres, pro diebus tribus. Admiranda erat tanta turbae perſeuerantia. Quare autem tacent diſci-

*) τῶ, addit. A.

Κεφ. Λ. Περὶ τῶν θεραπευθέντων ὄχλων.

Verſ. 30. Καὶ — πολλούς.

Κυλλοὶ κυρίως, οἱ ἄχειρες, ὡς ἐν τῷ λζ. κεφαλαίῳ διαγνωσθήσεται.

Verſ. 30. Καὶ — αὐτούς.

Ὅρα, προκόπτουσαν τὴν πίστιν αὐτῶν. οὐκ ἔτι γὰρ ἅπτονται τȣ̃ κρασπέδȣ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, ἀλλὰ ῥίπτονται μόνον πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ παραχρῆμα θεραπεύει αὐτοὺς, οὐχ ὡς πιστοτέρους τῆς χαναναίας, ἀλλ' ὡς ἰȣδαίȣς, ἐμφράττων τῶν ἀχαρίστων ἰȣδαίων τὰ στόματα, καὶ ἀποφαίνων αὐτοὺς μείζονος τιμωρίας ἀξίους. ὁ γὰρ ἀχάριστος, ὅσον εὐεργετεῖται μεῖζον, τοσοῦτον γίνεται μείζονι κολάσει ὑπεύθυνος.

Verſ. 31. Ὥστε — βλέποντας.

Ἐθαύμαζον, διά τȣτὸ πλῆθος τῶν θεραπευομένων, καὶ διὰ τὸ τάχος τῆς θεραπείας.

Verſ. 31. Καὶ — ἰσραήλ.

Τὸν θεὸν [8]) ἰσραὴλ, τȣτέστι, τὸν τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἰσραηλιτῶν.

Κεφ. ΛΑ. Περὶ τῶν ἑπτὰ ἄρτων.

Verſ. 32. Ὁ — φάγωσιν.

Ἡμέραι [9]) τρεῖς, ἀντὶ τοῦ, ἡμέραις τρισί. θαυμαστὴ δὲ ἡ τοσαύτη τοῦ ὄχλου καρτερία. διατί δὲ

9) Ab ἡμέραι ad τρισὶν omiſerat Hentenius.

diſcipuli, nec dicunt vt prius, Dimitte turbas, idque tribus iam elapſis diebus? Quia videbant illos perſeuerantes, ac gaudentes ſuper ſanitatibus infirmorum, nec famem penitus ſentientes.

Fortaſſis autem et ad tertium vsque diem eſcas detulerant: ideo tunc demum ad miraculum accedit, quando in ciborum indigentia conſtituti ſunt. Quare autem rurſum illos in deſerto paſcit? Vtique ne in via deficerent, ſicut ipſe conſequenter dicit, et vt confirmaret ſignum praecedentium quinque panum, vndique enim diuulgatum erat, vt quod publice factum fuerat.

Verſ. 32. *Et — via.*

Marcus autem addidit: Quidam enim eorum e longinquo venerunt. Vide ergo Domini humanitatem. Nam ſciens naturam humanam cibo indigere, prouidet ei etiam non requiſitus, cibumque praebet. Communicat autem cum diſcipulis, vt recordati miraculi quinque panum, offerant ei panes quos habent, et dicant: Multiplica etiam hos: ſed non intellexerunt illi cauſam interrogationis: ideo rurſus indigentiam obiiciunt.

Verſ. 33. *Et — tantam?*

† Deſertum intelligi poteſt humana natura, aut mundus iſte: in quo aſſidui ſunt ad ſermonem virtutis et cognitionis, qui propter fidem ac ſpem futu-

1) Hentenius reddidit, ac ſi repererit, κοινοφανές. Sed retinendum videtur, καινοφανές.

2) Hic addiderat Hentenius ſcholium allegoricum, quod in meis paullo inferius legitur ad verſum triceſimum tertium.

δὲ σιγῶσιν οἱ μαθηταὶ, καὶ οὐχ, ὡς πρότερον, λέγουσιν, ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, καὶ ταῦτα τριῶν παρελθουσῶν ἡμερῶν; διότι ἔβλεπον τοὺς προσκαρτεροῦντας χαίροντας ἐπὶ ταῖς ἀναῤῥώσεσι τῶν ἀσθενούντων, καὶ οὐδ' ὅλως αἰσθανομένους λιμοῦ.

Ἴσως δὲ καὶ μέχρι τῆς τρίτης ἡμέρας εἶχον ἐφόδια. διὸ καὶ τότε λοιπὸν ἐπὶ τὸ θαῦμα ἔρχεται, ὅτε κατέξησαν ἐν χρείᾳ τροφῆς. τίνος δὲ ἕνεκεν πάλιν αὐτοὺς ἐν ἐρήμῳ τρέφει; πάντως ἵνα μὴ ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ, καθὼς αὐτὸς εἶπε προϊὼν, καὶ ἵνα βεβαιώσῃ τὸ σημεῖον τῶν προλαβόντων πέντε ἄρτων. διατεθρύλλητο γὰρ παρὰ πᾶσιν, ὡς [1] καινοφανές. [2]

Verſ. 32. Καὶ — ὁδῷ.

Ὁ δὲ μάρκος προσέθηκε· τινὲς [a]) γὰρ ἐξ [3]) αὐτῶν μακρόθεν ἥκουσιν. ὅρα δὲ δεσπότου φιλανθρωπίαν. εἰδὼς γὰρ, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν δεομένην τροφῆς, προνοεῖται ταύτης, καὶ μὴ αἰτηθεὶς, παρέχει τροφήν. κοινολογεῖται δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, ἵνα ἀναμνησθέντες τοῦ θαύματος τῶν πέντε ἄρτων, προσενέγκωσιν αὐτῷ τοὺς ἄρτους, οὓς ἔχουσι, καὶ εἴπωσιν, ὅτι πλήθυνον καὶ τούτους. ἀλλ' οὐ συνῆκαν ἐκεῖνοι τὴν αἰτίαν τῆς ἐρωτήσεως. διὸ καὶ πάλιν τὰ τῆς ἀπορίας προβάλλονται.

a) Marc. 8, 3.

Verſ. 33. Καὶ — τοσοῦτον;

[Ἐρημία [4]) νοηθείη ἂν, ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων, ἢ ὁ κόσμος οὗτος, ἐν ᾧ προσμένουσιν τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς καὶ γνώσεως οἱ διὰ τὴν πίστιν καὶ τὴν ἐλπίδα

3) ἐξ infra apud Marcum in contextu non agnoſcunt Codices Euthymii.

4) Incluſa in margine habet Cod. B.

futurorum bonorum, mala patiuntur. Tres autem dies, tres animae potentiae per quas aſſidui ſunt: per rationalem quidem inquirentes: per concupiſcibilem vero, quod quaeſitum eſt deſiderantes: per iraſcibilem autem, pro eo quod concupitum eſt decertantes. Aut tres dies ſunt tres leges generaliores: naturalis, ſcripta et euangelica, ad modum diei illuminantes, et ad eius quod expedit operationem excitantes. Qui ergo ſecundum hos etiam tres dies, ad Dei ſermonem perſeuerarunt, et pro vnoquoque labores prompto ſuſtinent animo, nequaquam ieiuni relinquuntur, ſed ſuſcipiunt ſplendidum ac diuinum cibum: pro naturali quidem lege, promptiſſimam efficaciam eorum quae naturali inſtinctu effici poſſunt: pro ſcripta vero, ne affectiones quae praeter naturam inſurgunt ſequantur: pro euangelica autem, vnionem ad Deum ac deificationem.

Et prius et poſtea in deſerto loco longe a ciuitatibus ac vicis hoc facit miraculum, ne turbis videatur a propinqua ciuitate ac vico cibos deferre.

Verſ. 34. *Et — piſciculos.*

In quinque panibus hoc etiam interrogauit, ſicut dixit Marcus, et ne ſic quidem intellexerunt. Quodſi tantae eorum caecitati indignaris, quod quum adeo recens praeteriiſſet illud miraculum, adeo velociter obliti ſunt: admirare tamen quod veritatem ita colant, vt ſcribentes, ſuos etiam defectus non abſcon-

5) Hentenius videtur legiſſe ἡμέρας. Forte νόμους legendum.
6) Hoc confirmat coniecturam modo propoſitam.

τίδα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κακοπαθοῦντες. ἡμέραι δὲ τρεῖς, αἱ τῆς ψυχῆς τρεῖς δυνάμεις, καθ' ἃς προσμένουσιν· τῷ μὲν λόγῳ, ζητοῦντες· τῇ ἐπιθυμίᾳ δὲ, ποθοῦντες τὸ ζητούμενον· τῷ θυμῷ δὲ, ὑπεραγωνιζόμενοι τοῦ ποθουμένου. ἢ οἱ τρεῖς γενικώτεροι νόμοι, ὁ φυσικὸς, ὁ μωσαϊκὸς, ὁ εὐαγγελικὸς, φωτίζοντες δίκην ἡμέρας, καὶ πρὸς ἐργασίαν τοῦ συμφέροντος διεγείροντες. οἱ τοίνυν καὶ κατὰ τούτους τοὺς τρεῖς [5]) λόγους τῷ θεῷ λόγῳ προσμείναντες, καὶ τοὺς ὑπὲρ ἑκάστου πόνους προθύμως ὑπομείναντες, οὐκ ἀπολύονται νήστεις, ἀλλὰ δέχονται τροφὴν δαψιλῆ καὶ θείαν· ὑπὲρ μὲν τοῦ φυσικοῦ [6]) νόμου, τὴν ἄπταιστον τῶν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν· ὑπὲρ δὲ τοῦ γραπτοῦ, τὴν ἀιενεργησίαν τῶν παρὰ φύσιν παθῶν· ὑπὲρ δὲ τοῦ εὐαγγελικοῦ, τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν θεὸν ἕνωσιν καὶ θέωσιν.]

Καὶ πρότερον, καὶ ὕστερον, ἐν ἐρημίᾳ, πόῤῥω πόλεων καὶ κωμῶν, τὸ θαῦμα τοῦτο ποιεῖ, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς ὄχλοις ἐκ πλησιαζούσης πόλεως ἢ κώμης τὰ βρώματα μετακομίζειν.

Vers. 34. Καὶ — ἰχθύδια.

Καὶ ἐπὶ τῶν πέντε ἄρτων τοῦτο ἠρώτησεν, ὡς εἶπεν ὁ [b]) λουκᾶς. [7]) καὶ οὐδ' οὕτω συνῆκαν· σὺ δὲ, εἰ καὶ κακίζεις τὴν τοσαύτην πώρωσιν αὐτῶν, ὅτι νεαροῦ ὄντος ἔτι τοῦ προφθάσαντος θαύματος, οὕτω [8]) ταχέως ἐπελάθοντο· ἀλλὰ θαύμασον τὸ φιλάληθες αὐτῶν, πῶς γράφοντες οὐ κρύπτουσι b) Marc. 6, 38.

 τὸ

7) Apud Luc. 9, 13. nihil tale reperitur. Scribendum ergo cum Hentenio μάρκος.

8) ὅτω, male. A.

abſcondant.⁹) Aduerte etiam quantum ventri domi-nabantur. Quum enim eſſent in deſerto, et tres dies demorarentur, ſeptem tantum panes attu-lerant.

Verſ. 35. *Et — v. 37. ſaturati ſunt.*

Similia prioribus et dicit, et facit, vt prius mi-raculum ex omni parte eis ad memoriam re-ducat.

Verſ. 37. *Et — v. 38. pueros.*

Quomodo ibi duodecim cophini ſuperfuerant, hic autem ſportae ſeptem, quum oporteret hic magis ſupereſſe? plures enim erant hic panes, et paucio-res qui manducauerant. Dicit Chryſoſtomus ſpor-tas cophinis fuiſſe fortaſſe maiores. Vel alio quo-que modo. Ita diſpoſitum erat, vt huiusmodi fragmentorum diuerſitas ac inaequalitas, indelebi-lem vtriusque miraculi memoriam conſeruaret.

Praeterea et aliter. Ibi quidem cophinos ae-quali numero cum Apoſtolis fecit: hic autem ſportas aequali numero cum panibus: vtrinque do-cens facile ei eſſe quod velit facere.

Iam vero ſecretius etiam conſiderare oportet de illis quinque millibus, et de his quatuor milli-bus. Quinquies mille ſunt imperfecti in virtute: quater autem mille ſunt perfectiores. Multi ſiqui-dem ſunt et iſti et illi: ſemper tamen imperfectio-res numero vincunt perfectiores. Edunt autem iuxta Chriſtum, hoc eſt ſpiritualiter intelligunt: imperfectiores quidem pauciora documenta pro-pter imbecillitatem, perfectiores vero plura propter eorum

⁹) *oi*, abeſt. B.
¹) Tom. VII. pag. 539. D.

τὸ οἰκεῖον ἔγκλημα. ἐννόησον δὲ καὶ, πῶς ἐκόρίευον τῆς γαστρός. ἐν ἐρημίᾳ γὰρ ὄντες, καὶ τρεῖς ἡμέρας διατρίβοντες, ἑπτὰ μόνους ἄρτους ἐπεφέροντο.

Verſ. 35. Καὶ — v. 37. ἐχορτάσθησαν.

Ὅμοια τοῖς προτέροις καὶ λέγει καὶ ποιεῖ, ἵνα πανταχόθεν αὐτοὺς ἀναμνήσῃ τοῦ προτέρου θαύματος.

Verſ. 37. Καὶ — v. 38. παιδίων.

Πῶς ἐκεῖ μὲν δώδεκα κόφινοι ἐπερίσσευσαν, ἐνταῦθα δὲ σπυρίδες ἑπτὰ, δέον ἐνταῦθα μάλιστα πλεῖον περισσεῦσαι, ἔνθα καὶ πλείονες[9]) οἱ ἄρτοι καὶ ἐλάττονες οἱ ἐσθίοντες; φησὶν[1]) ὁ χρυσόστομος, ὅτι αἱ σπυρίδες ἴσως μείζους τῶν κοφίνων ἦσαν, ἢ καὶ ἑτέρως ᾠκονομήθη τὸ τοιοῦτον, ἵνα ἡ τοιαύτη τῶν περισσευμάτων διαφορὰ καὶ ἀνοικειότης, ἑκατέρου θαύματος μνήμην ἀνεξάλειπτον συντηρήσῃ.

Καὶ τρόπον ἕτερον πάλιν. ἐκεῖ μὲν τοὺς κοφίνους ἰσαρίθμους τοῖς ἀποστόλοις ἐποίησεν· ἐνταῦθα δὲ τὰς σπυρίδας ἰσαρίθμους τοῖς ἄρτοις· διδάσκων ἐντεῦθεν, ὅτι ῥᾷον αὐτῷ ποιεῖν, οἷα βούλεται.

Χρὴ δὲ λοιπὸν καὶ μυστικώτερον ἐπιθεωρῆσαι, περὶ τε τῶν πεντακισχιλίων ἐκείνων, καὶ περὶ τῶν τετρακισχιλίων τούτων. πεντακισχίλιοι μέν εἰσιν, οἱ ἀτελέστεροι πρὸς ἀρετήν· τετρακισχίλιοι δὲ, οἱ τελειότεροι. πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ οὗτοι, κἀκεῖνοι. πλείονες δὲ ἀεὶ οἱ ἀτελέστεροι τῶν τελειοτέρων. ἐσθίουσι δὲ κατὰ χριστὸν, τουτέστιν, νοοῦσι πνευματικῶς, οἱ μὲν ἀτελέστεροι, ἐλάττονα νοήματα, δι᾽ ἀσθένειαν τοῦ νοῦ· οἱ δὲ τελειότεροι, πλείονα, δι᾽ εὐθέ-

eorum fortitudinem. Superſunt tamen plura ab imperfectioribus, eo quod pauciora edant: a perfectioribus autem pauciora, eo quod pluribus alantur.

Haec ſane diximus nos ſimplicius ac manifeſtius: alii vero ſeipſos in ſubtiles diſputationes demittentes, multam et anxiam contraxerunt de minimis rebus diſceptationem ac moleſtiam, nec id in praeſenti tantum loco, verum etiam in aliis multis conſiderationibus, quas pro moleſtis habentes praetercurrimus.

Verſ. 39. *Et — in nauim.*

Non abiit pedeſtri itinere, ne ſequentes glorificarent eum.

Verſ. 39. *Et — Magdala.*

Marcus autem dicit quod ſtatim nauim ingreſſus cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha: vtrumque enim cognomen regio illa habebat.

Cap. XVI. v. 1. *Quumque acceſſiſſent — ipſis.*

Hic rurſum verbum ἐπερωτῶ non interrogare, ſed deprecari ſignificat, vt praediximus. Signum autem de coelo videre quaerebant, quod prodigioſe circa ſolem fieret, aut circa lunam, aut in ſtellis. Hoc vero tentantes quaerebant: neque enim vt crederent, ſed vt quaſi Magum apprehenderent. Et alii quoque tentatores ante hos ſignum de coelo quaeſiuerunt ab eo, ſicut viceſimo tertio capite praedictum eſt, et ibi aliam etiam quaeras cauſam.

Verſ. 2.

*) καὶ, abeſt. A.

εὐθένειαν. περιττεύουσι δὲ, ἀπὸ μὲν τῶν ἀτελεστέρων, πλείονα, δι' ὀλιγοτροφίαν· ἀπὸ δὲ τῶν τελειοτέρων, ἐλάσσονα, διὰ πολυτροφίαν.

Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήκαμεν ἡμεῖς ἁπλούστερον καὶ συνοπτικώτερον. ἄλλοι δὲ καθέντες ἑαυτοὺς εἰς λεπτολογίαν, πολλὴν ἐπεσύραντο σμικρολογίαν καὶ ἀηδίαν, οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς ἄλλοις θεωρήμασιν, ἅπερ ἑκόντες, ὡς ὀχληρὰ, παρατρέχομεν.

Verſ. 39. Καὶ — πλοῖον.

Οὐκ ἀπῆλθε πεζεύων, ἵνα μὴ ἀκολουθοῦντες δοξάζωσιν αὐτόν.

Verſ. 39. Καὶ — μαγδαλά.

Μάρκος δέ φησιν, ὅτι καὶ [a]) εὐθέως [c]) ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη δαλμανουθά. καὶ ἀμφοτέρας γὰρ τὰς ἐπωνυμίας εἶχεν ἡ χώρα ἐκείνη. c) Marc. 8, 10.

Cap. XVI. v. 1. Καὶ προσελθόντες — αὐτοῖς.

Ἐπηρώτησαν, ἀντὶ τοῦ, παρεκάλεσαν, ὡς προειρήκαμεν. σημεῖον δὲ ἐξ οὐρανοῦ ἐζήτουν ἰδεῖν, τερατουργούμενον ἢ περὶ τὸν ἥλιον, ἢ περὶ τὴν σελήνην, ἢ περὶ τοὺς ἀστέρας. ἐζήτουν δὲ τοῦτο, πειράζοντες. οὐ γὰρ, ἵνα πιστεύσωσιν, ἀλλ' ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ, ὡς γόητος. καὶ ἄλλοι δὲ πρὸ τούτων πειρασταὶ σημεῖον ἐξ οὐρανοῦ ἐζήτησαν ἀπ' αὐτοῦ, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ προειρήκαμεν. καὶ ζήτησον ἐκεῖ καὶ ἄλλην αἰτίαν.

Verſ. 2. *At ille — eis.*

Marcus vero dixit quod etiam ingemuit ſpiritu ſuo, hoc eſt, ingemuit a ſpiritu, ab animo, quod nos poſſumus dicere ab intimo cordis. Nam quum tentantes ipſos cognouiſſet, ingemuit propter incurabilem illorum malitiam, et dixit eis.

Verſ. 2. *Veſpere — v. 3. poteſtis?*

Hypocritas hos nominauit, non ſolum tanquam alia dicentes, et alia ſentientes, verum etiam tanquam habentes ſe pro ſapientibus, quum eſſent inſipientes. Dicit ergo: Apparentiam a coelo noſtis diiudicare, quando ſerenitatem indicat, et quando tempeſtatem: ſigna vero temporum non poteſtis diiudicare? Quodſi ſapientes eſſetis, cognoſceretis vtique quod haec ſigna quae in terra fiunt, praeſentis ſunt temporis: ſigna vero quae de coelo fiunt, temporis ſunt conſummationis ſeculi. Tunc enim ſol obſcurabitur, et luna non dabit ſplendorem ſuum, ſtellaeque cadent de coelo.

Verſ. 4. *Et — Prophetae.*

Haec eodem modo dixit viceſimo tertio capite, et in eo declarata ſunt. Tu vero eorum excaecationem conſidera: quod quum Ionam noſſent, ac praeſentia verba et prius et nunc quoque audiſſent, noluerunt interrogare, ac diſcere quod eſſet hoc ſignum quod diceret: tentatores enim erant ſicut dictum eſt: ideo etiam ipſe relictis illis abſceſſit.

Verſ. 4.

3) ἀνασενάξας. A.

Verſ. 2. Ὁ δὲ — αὐτοῖς.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ d) ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει, τουτέστιν, 3) ἀποστενάξας ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὃ λέγομεν ἡμεῖς, ἀπὸ βάθους, ἀπὸ καρδίας. γνοὺς γὰρ αὐτοὺς πειράζοντας, ἀνεστέναξεν ἐπὶ τῇ ἀνιάτῳ πονηρίᾳ αὐτῶν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· d) Marc. 8, 12.

Verſ. 2. Ὀψίας — v. 3. δύνασθε;

Ὑποκριτὰς αὐτοὺς ὠνόμασεν, οὐ μόνον ὡς ἄλλα μὲν λέγοντας, ἄλλα δὲ φρονοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὡς δοκοῦντας μὲν σοφοὺς, ὄντας δὲ ἀσόφους. λέγει τοίνυν, ὅτι τὴν μὲν ἐπιφάνειαν τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, πότε μὲν εὐδίαν δηλοῖ, πότε δὲ χειμῶνα· τὰ τὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε διακρίνειν. εἰ γὰρ ἦτε σοφοὶ, ἐγινώσκετε ἂν, ὅτι ταυτὶ μὲν τὰ ἐν τῇ γῇ σημεῖα τοῦ παρόντος εἰσὶ καιροῦ· τὰ δὲ ἐξ οὐρανοῦ σημεῖα, τοῦ καιροῦ τῆς συντελείας εἰσί. τότε e) γὰρ ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. e) Matt. 24, 29

Verſ. 4. Καὶ 4) — προφήτου.

Ταῦτα εἶπεν ἀπαραλλάκτως καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ἡρμηνεύθησαν ἐν ἐκείνῳ. σὺ δὲ αὐτῶν ὅρα τὴν πώρωσιν, ὅτι καὶ τὸν Ἰωνᾶν εἰδότες, καὶ τὰ παρόντα ῥητὰ καὶ πρότερον καὶ νῦν ἀκούσαντες, οὐκ ἠθέλησαν ἐρωτῆσαι, καὶ μαθεῖν, τί ἐστι τοῦτο τὸ σημεῖον, ὃ λέγει. πειρασαὶ γὰρ ἦσαν, ὡς εἴρηται. διὸ καὶ αὐτὸς, ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀνεχώρησε.

4) Vterque meus cum Hentenii addit in principio verſus: καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς.

Verſ. 4. *Et — abiit.*

Marcus autem ait, quod conſcenſa naui rurſum abiit in vlteriorem ripam.

Cap. XXXII. De fermento Phariſaeorum et Sadducaeorum.

Verſ. 5. *Et — ſumere.*

† Qui videlicet eis ſufficerent.

Marcus autem dicit, quod vnum tantum panem habebant ſecum in naui.

Verſ. 6. *Ieſus — Sadducaeorum.*

Marcus vero dixit: quod etiam praecepit eis dicens: Videte et cauete a fermento Phariſaeorum et fermento Herodis. Verbum autem Marci διεϛέλλετο (pro quo vertimus, praecepit) improprie capitur, ſicut alia plurima apud Marcum. Significat enim vt plurimum diſtinguere, diſputare vel explicare. Illa autem reduplicatio, Videte, Cauete, praecepti ſiue admonitionis exaggerationem demonſtrat. Fermentum vero Phariſaeorum, Sadducaeorum ac Herodis, vocat doctrinam Phariſaeorum, Sadducaeorum ac Herodianorum. De Phariſaeis quidem et Sadducaeis tertio capite praediximus: de Herodianis autem viceſimo primo capite. Hanc vero doctrinam vocauit fermentum, vtpote acetoſam ac marcidam.

Verſ. 7. *At illi — ſumpſimus.*

Chriſtus quidem fermentum appellabat praedictorum doctrinam, et ab hac abſtinere praecipiebat: diſci-

Verſ. 4. Καὶ — ἀπῆλθεν.

Ὁ δὲ f) μάρκος φησὶν, ὅτι ἐμβὰς πάλιν εἰς f) Marc. 8, 13.
πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.

Κεφ. ΛΒ. Περὶ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων.

Verſ. 5. Καὶ — λαβεῖν.

[Ἀρκοῦντας 5) αὐτοῖς δηλονότι.]
Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι g) καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρ- g) Marc. 8, 14.
τον οὐκ εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ.

Verſ. 6. Ὁ δὲ ἰησοῦς — σαδδουκαίων.

Ὁ δὲ μάρκος εἴρηκεν, ὅτι καὶ h) διεστέλλετο αὐ- h) Marc. 8, 15.
τοῖς, λέγων· ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης ἡρώδου. διεστέλλετο μὲν οὖν, ἀντὶ τοῦ, παρήγγελε· τὸ δὲ ὁρᾶτε, βλέπετε, ἀναδίπλωσίς ἐστιν, ἐμφαίνουσα ἐπίτασιν τῆς παραγγελίας· ζύμην δὲ λέγει φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων καὶ ἡρώδου, τὴν διδαχὴν τῶν φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων καὶ ἡρωδιανῶν. προειρήκαμεν δὲ περὶ μὲν τῶν φαρισαίων καὶ σαδδουκαίων ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ· περὶ δὲ τῶν ἡρωδιανῶν ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ. ζύμην δὲ, τὴν διδαχὴν αὐτὴν ἐκάλεσεν, ὡς ὀξώδη καὶ σαπράν.

Verſ. 7. Οἱ δὲ — ἐλάβομεν.

Ὁ μὲν χριστὸς ζύμην, τὴν διδαχὴν τῶν εἰρημένων, ὠνόμασε, καὶ ταύτης ἀπέχεσθαι παρήγγειλεν· οἱ μαθη-

5) Incluſa omittit. A. Hentenius in fine ſcholii habebat.

discipuli vero fermentum, Iudaicos panes intelligentes, et de illorum abstinentia praecepisse putantes, cogitabant apud sese, hoc est, turbabantur, prohibiti quidem Iudaicos edere panes, vt opinabantur, quum tamen alios non adferrent: dicentes tanquam poenitentia ducti: Panes non sumpsimus a fidelibus qui nos excipiunt hospitio, vt eis pascamur si moram facere contingat.

Quid ergo Christus, qui cogitationes illorum nouerat? Merito propter vtrumque reprehendit illos, et quia existimabant eum praecepisse de ciborum obseruatione, quam vtpote Iudaicam ipse antea reiecerat, quando docuit, quod non id, quod in os ingreditur, impurum reddidit hominem: et quia de cibo soliciti erant, quum secum haberent eum qui cibum omnem subministraret.

Vers. 8. *Quo cognito — sumpsistis?*

Primum cibi solicitudinem illis improperat dicens: Quid turbamini quod panes alicunde non sumpsistis? Rursus autem vocat eos exiguae fidei homines, quia non credebant quod ab ipso possent ali, sed ipsi sui curam habebant.

Vers. 9. *Nondum — v. 10. sumpseritis?*

Marcus vero grauius eos increpasse ait, addens: Adhuc excaecatum habetis cor vestrum? oculos habentes non videtis, et aures habentes non auditis? Et quare non tunc improperauit potius eis quando dixerunt, Vnde nobis in deserto panes tam multi? Quia non erat aequum vt hos coram multis confunderet. Simul etiam expectans donec edito

μαθηταὶ δὲ ζύμην, τοὺς ἰουδαϊκοὺς ἄρτους νοήσαντες, καὶ περὶ τῆς ἀποχῆς τούτων παραγγελθῆναι νομίσαντες, διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, τουτέστιν, ἐθορυβοῦντο, κωλυθέντες μὲν ἀπὸ τῶν ἰουδαϊκῶν ἄρτων, ὡς προσεδόκησαν· ἑτέρους δὲ μὴ ἐπιφερόμενοι, λέγοντες ἐν μεταμελείᾳ, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν ἐκ τῶν ξενοδοχούντων ἡμᾶς πιστῶν, ἵνα τούτοις τραφῶμεν, εἰ συμβῇ χρονίσαι.

Τί οὖν ὁ Χριστὸς — ὁ τὰς διανοίας αὐτῶν εἰδώς; μέμφεται αὐτοῖς εἰκότως δι' ἀμφότερα, διότι τε προσεδόκησαν παραγγελθῆναι περὶ τῆς τῶν βρωμάτων παρατηρήσεως, ἣν ἰουδαϊκὴν οὖσαν, αὐτὸς ἐξέβαλεν ἀνωτέρω, ὅτε ἐδίδαξεν, ὅτι οὐ τὸ [i]) εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ διότι περὶ τροφῆς ἐμερίμνησαν, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν τὸν χορηγὸν ἁπάσης τροφῆς. i) Matt. 15, 11.

Vers. 8. Γνοὺς — ἐλάβετε;

Πρῶτον τὴν μέριμναν τῆς τροφῆς αὐτοῖς ὀνειδίζει, λέγων· τί θορυβεῖσθε, διότι ἄρτους ἑτέρωθεν οὐκ ἐλάβετε; ὀλιγοπίστους δὲ πάλιν αὐτοὺς ὀνομάζει, διότι οὐκ ἐπίστευσαν, ὅτι παρ' αὐτοῦ τραφήσονται πάντως, ἀλλ' αὐτοὶ περὶ ἑαυτῶν ἐφρόντιζον.

Vers. 9. Οὔπω — v. 10. ἐλάβετε;

Μάρκος δὲ, βαρύτερον ἐπιτιμῆσαι αὐτοῖς λέγει, προσθείς· ἔτι πεπωρωμένην [k]) ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε, καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; οὐ βλέπετε, φησι, πῶς καὶ πόσους ἐν ἐρημίᾳ τρέφω; καὶ οὐκ ἀκούετε, περὶ ὧν διδάσκω; καὶ διατί μὴ τότε μᾶλλον ὠνείδισεν αὐτοῖς, ὅτε εἶπον· [l]) πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι; διότι οὐκ ἦν εἰκὸς, καταισχῦναι τούτους ἐνώπιον πολλῶν· ἅμα δὲ καὶ ἀνέμενεν, ἵνα,

k) Marc. 8, 17. 18.

l) Matt. 15, 33.

edito duplici miraculo, grauior ac efficacior redderetur accuſatio.

Verſ. 11. *Quomodo — Sadducaeorum?*

Ecce iam obſeruationem quoque ciborum illis improperat.

Verſ. 12. *Tunc — Sadducaeorum.*

Vidiſti praemiſſam increpationem: vide etiam fructum eius: excitauit enim mentem illorum quae dormiebat, et intellexerunt. Siquidem oportet non vbique mitem eſſe praeceptorem, ſed quandoque aſperum fieri: et interdum quidem libere ſe tradere diſcipulis ad refocillationem: interdum vero increpare ad correptionem: et hac varietate illorum procurare ſalutem.

Cap. XXXIII. De interrogatione apud Caeſaream.

Verſ. 13. *Quum autem veniſſet — hominis?*

Caeſaream hanc Philippus in honorem Caeſaris conſtruxit. Erat autem et alia Caeſarea Stratonis. Et procul a Iudaeis abductos diſcipulos interrogauit, vt ſine timore libere reſponderent ad id quod interrogabantur. Nec de ſcribis et Phariſaeis rogebat: illi enim ipſum manifeſte contumelia afficiebant: ſed de populari turba, quae ab inuidia et malitia libera erat. Nam et Lucas dicit, Et factum

*) ἐπιτετραμμένην. A. male. Hentenii etiam interpretatio diſplicet.

ἵνα, διπλοῦ τοῦ θαύματος γενομένου, βαρυτέρα καὶ δραστικωτέρα ἡ κατηγορία γένηται.

Vers. 11. Πῶς — σαδδουκαίων;

Ἰδοὺ λοιπὸν, καὶ τὴν παρατήρησιν τῶν βρωμάτων αὐτοῖς ὀνειδίζει.

Vers. 12. Τότε — σαδδουκαίων.

Εἶδες ἀγανάκτησιν ἐπιτεταμένην, 6) ὅρα καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς. διήγειρε γὰρ αὐτίκα τὴν διάνοιαν αὐτῶν καθεύδουσαν, καὶ συνῆκαν. χρὴ γὰρ μὴ πανταχοῦ πρᾶον εἶναι τὸν διδάσκαλον, ἀλλ᾽ ἔστιν, ὅτε καὶ τραχύνεσθαι, καὶ ποτὲ μὲν, μεταδιδόναι παῤῥησίας τοῖς μαθηταῖς πρὸς ἀνάκτησιν, ποτὲ δὲ, ἐπιτιμᾷν πρὸς συστολὴν, καὶ τῇ τοιαύτῃ ποικιλίᾳ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν οἰκονομεῖν.

Κεφ. ΛΓ. Περὶ τῆς ἐν καισαρείᾳ ἐπερωτήσεως.

Vers. 13. Ἐλθὼν — ἀνθρώπου.

Τὴν καισάρειαν ταύτην ὁ Φίλιππος ἐπὶ τιμῇ τοῦ καίσαρος ἔκτισεν. ἦν δὲ καὶ ἄλλη καισαρεία, ἡ τοῦ στράτωνος. πόῤῥω δὲ τῶν ἰουδαίων ἀπαγαγὼν τοὺς μαθητὰς, ἠρώτησεν, ἵνα χωρὶς φόβου μετὰ παῤῥησίας εἴπωσιν, ὃ ἠρωτήθησαν. Οὐκ ἐρωτᾷ δὲ περὶ τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων· προδήλως γὰρ ἐκεῖνοι τοῦτον ὕβριζον· ἀλλὰ περὶ τοῦ δημώδους ὄχλου, τοῦ χωρὶς φθόνου καὶ πονηρίας. 7)
λέγει

7) Desidero hoc loco verbum, veluti *κρίνοντος*. Hentenii versio nihil adiuuat.

factum est quum esset ipse solus orans, erant cum eo et discipuli: et interrogauit illos dicens: Quem me dicunt esse turbae? Marcus vero ait, quod in via interrogauerit eos. Est enim verisimile quod quum venisset in partes Caesareae simul orabat et ambulabat.

Filium vero hominis ait, hoc est, eum, qui hominibus apparet nudus homo. Interrogauit autem non quasi ignorans, sed dispensatorio modo, vt Petrus diceret quod sibi reuelatum erat: et caeterorum omnium opiniones quae de ipso erant, reprobarentur tanquam erroneae. Sciebat namque quod Deus ac pater reuelauerat Petro de se, aperiens mentem eius.

Vide autem quod non circa praedicationis initia interrogauerit, sed postquam multa magnaque signa ediderat, postquam multa magnaque docuerat: postquam sufficientes de sua diuinitate ac aequalitate ad patrem, probationes euidentes tradiderat.

Vers. 14. *At illi — v. 15. esse dicitis?*

Vos, inquit, qui mecum semper conuersamini, et multam habetis experientiam meae potentiae, quae et opere et sermone elucescit. Quum ergo diceret illis, Vos autem quem me esse dicitis, significauit turbas non recte dicere.

Vers. 16. *Respondens — viuentis.*

Rursus Petrus vbique feruens prosilit et praecedit. Viuentis autem dixit, quia scriptum est, Deus viuens ego sum. Et: Viuo ego dicit Dominus: multaque similia, ad oppositam distinctionem mortuorum idolorum.

Vers. 17.

*) *Λουκᾶς* corrigendum, vt habet Hentenius.

λέγει γὰρ ὁ ᾽Ιωάννης, ὅτι [m]) καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατὰ μόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι. ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ [n]) ἐπηρώτησεν αὐτούς. εἰκὸς γὰρ, ἐλθόντα εἰς τὰ μέρη καισαρείας, εὔχεσθαι ἅμα καὶ ὁδεύειν.

m) Luc. 9, 18.

n) Marc. 8, 27.

Τὸν υἱὸν δὲ τοῦ ἀνθρώπου, φησὶ, τουτέστι, τὸν φαινόμενον αὐτοῖς ἄνθρωπον. ἠρώτησε δὲ, οὐχ ὡς ἀγνοῶν, ἀλλ᾽ οἰκονομικῶς, ἵνα ὁ πέτρος εἴπῃ τὸ ἀποκαλυφθὲν αὐτῷ, καὶ ἀποδοκιμασθῶσιν αἱ περὶ αὐτοῦ τῶν ἄλλων πάντων ὑπολήψεις, ὡς πεπλανημέναι. καὶ γὰρ ἐγίνωσκεν, ὅτι ἀπεκάλυψεν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τῷ πέτρῳ περὶ αὐτοῦ, διανοίξας τὸν νοῦν αὐτοῦ.

Σκόπει δὲ, πῶς οὐκ ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος ἠρώτησεν, ἀλλὰ μετὰ τὸ ποιῆσαι πολλὰ καὶ μεγάλα σημεῖα, μετὰ τὸ διδάξαι περὶ πολλῶν καὶ μεγάλων, μετὰ τὸ παρασχεῖν ἱκανὰς ἀποδείξεις τῆς ἑαυτοῦ θεότητος, καὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἰσότητος.

Verſ. 14. Οἱ δὲ — v. 15. λέγετε εἶναι;

Ὑμεῖς, φησὶν, οἱ συνόντες μοι διαπαντὸς, καὶ πολλὴν πεῖραν ἔχοντες τῆς ἐμῆς δυνάμεως ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. εἰπὼν οὖν αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι, δεδήλωκεν, ὅτι κακῶς οἱ ὄχλοι λέγουσιν.

Verſ. 16. Ἀποκριθεὶς — ζῶντος.

Πάλιν ὁ πέτρος, ὁ πανταχοῦ θερμὸς, προπηδᾷ καὶ προλαμβάνει. τοῦ ζῶντος δὲ εἶπε, διότι γέγραπται περὶ αὐτοῦ, θεὸς ζῶν· [o]) ἐγώ εἰμι, καὶ, ζῶ ἐγὼ, [p]) λέγει κύριος, καὶ πολλὰ τοιαῦτα· πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν νεκρῶν εἰδώλων.

o) Ioſ. 3, 10.

p) Ezech. 18, 3.

Verſ. 17. *Et — coelis.*

Atqui prius etiam diſcipuli ſedata tempeſtate filium Dei eſſe confeſſi ſunt, dicentes, Vere Dei filius es, nec tamen beati praedicati ſunt. Et alii quidam Deum eſſe crediderunt vt praediximus, ſed nullum illorum beatificauit. Quid ergo dicendum eſt? Quod omnes qui ipſum eſſe Dei filium confeſſi ſunt, aut Deum eſſe crediderunt, non natura et proprie haec illum eſſe opinabantur, ſed adoptione, et ſecundum excellentiam virtutis, veluti etiam omnes ſanctos, Dei filios eſſe dicunt. Solus autem Petrus vere Chriſtum, et natura et proprie filium Dei hunc eſſe intellexit. Ideo quoque volens Chriſtus diſcipulis demonſtrare, quod ſolus hic recte cognouerit, et ſine errore confeſſus ſit, ipſum beatificat, tanquam aſſequutum diuinam de ſe reuelationem. Caro enim, inquit, et ſanguis, hoc eſt homo, non initiauit te ad ſacram hanc de me confeſſionem, ſed pater meus, tanquam huiusmodi confeſſione dignum. Quod autem dicitur Bar, Hebraica dictio eſt, ſignificans filium: erat ſiquidem filius cuiusdam Iona. Poſtquam ergo Petri opinionem confirmauit, et hunc a Deo edoctum eſſe demonſtrauit, vide quibus eum dignetur bonis.

Verſ. 18. *Et ego — eccleſiam meam.*

Tu es Petrus, vt qui poſt abnegationem, fidei petra futurus es: vel tanquam iam prudentia firmus. Itaque ſuper hanc firmitatem aedificabo Eccleſiam meam, ſiue te ponam fundamentum credentium: Eccleſia enim fideles ſunt. Hoc autem dixit, excitans eius prudentiam ad artem paſcendarum ouium.

Verſ. 18.

Verſ. 17. Καὶ — οὐρανοῖς.

Καὶ μὴν καὶ πρότερον, μετὰ τὴν ζάλην, οἱ μαθηταὶ υἱὸν θεοῦ εἶναι αὐτὸν ὡμολόγησαν, εἰπόντες, ἀληθῶς[q] θεοῦ υἱὸς εἶ, καὶ οὐκ ἐμακαρίσθησαν. καὶ ἄλλοι δέ τινες, θεὸν αὐτὸν ὑπάρχειν ἐπίστευσαν, ὡς προειρήκαμεν· ἀλλ᾽ οὐδένα τούτων ἐμακάρισε. τί οὖν ἐστὶν εἰπεῖν; ὅτι πάντες, ὅσοι υἱὸν θεοῦ εἶναι αὐτὸν ὡμολόγησαν, ἢ θεὸν ὑπάρχειν ἐπίστευσαν, οὐ φύσει καὶ κυρίως ταῦτα εἶναι αὐτὸν ὑπέλαβον, ἀλλὰ θέσει, καὶ κατὰ προκοπὴν ἀρετῆς, ὡς καὶ πάντας τοὺς ἁγίους· μόνος δὲ ὁ πέτρος, ἀληθῶς χριστὸν, καὶ φύσει, καὶ κυρίως υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦτον ἐνόησε. διὸ καὶ θέλων ὁ χριστὸς δεῖξαι τοῖς μαθηταῖς, ὅτι μόνος οὗτος ὀρθῶς ἔγνω, καὶ ἀπλανῶς ὡμολόγησε, μακαρίζει τοῦτον, ὡς τετυχηκότα περὶ τούτου θείας ἀποκαλύψεως. σὰρξ γάρ, φησι, καὶ αἷμα, τουτέστιν, ἄνθρωπος, οὐκ ἐμυσταγώγησέ σε τὴν περὶ ἐμοῦ ταύτην ὁμολογίαν, ἀλλ᾽ ὁ πατήρ μου, ὡς ἄξιον τοιαύτης ἀποκαλύψεως. τὸ δὲ βαρ, ἑβραϊκὸν μέν ἐστι, σημαίνει δὲ τὸν υἱόν. υἱὸς γὰρ ἦν ὁ πέτρος ἰωνᾶ τινος. οὕτω γοῦν βεβαιώσας τὸ δόγμα τοῦ πέτρου, καὶ θεοδίδακτον ἀποφήνας αὐτὸ, βλέπε, τίνων αὐτὸν ἀξιοῖ.

q) Matt. 14, 33.

Verſ. 18. Κἀγὼ — μου τὴν ἐκκλησίαν.

Σὺ εἶ πέτρος, ὡς μέλλων γενέσθαι πέτρα πίστεως, μετὰ τὴν ἄρνησιν, ἢ ὡς ἤδη στερρὸς ὢν τῷ φρονήματι· καὶ λοιπὸν ἐπὶ ταύτῃ τῇ στερρότητι οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, ἤγουν, σὲ θήσω θεμέλιον τῶν πιστευόντων. ἐκκλησία γάρ, οἱ πιστοί. εἶπε δὲ τοῦτο διανιστῶν αὐτοῦ τὸ φρόνημα πρὸς ποιμαντικήν.

Verſ. 18. *Et — aduerſus eam.*

Non dominabuntur eccleſiae. Portas autem inferorum dicit blaſphemias, quae a gentibus ac haereticis proferuntur, vtpote ad aeternum introducentes cruciatum: vel ſupplicia ab illis inflicta, quaſi ad mortem carnis inducentia: Deinde alium quoque ponit honorem.

Verſ. 19. *Et — coelorum.*

Quum confeſſus eſſet ipſum Dei filium eſſe legitimum, iam ei demonſtrat ſuae diuinitatis dignitatem, dicens: Aedificabo ſuper te Eccleſiam meam: et dabo tibi claues regni coelorum, videlicet vt ad illud introducas: ſiquidem clauigeri eſt introducere.

Atqui donum hoc, caeterorum etiam fuit Apoſtolorum: ſed primum huic datum eſt, quia primus hic filium Dei legitimum eſſe Chriſtum faſſus eſt: ideo quoque poſt ſaluatoris in coelum aſſumptionem, prae omnibus longo docuit tempore, multosque introduxit ad fidem.

Verſ. 19. *Et — coelis.*

Etiam et hoc clauigeri proprium eſt. Ligare autem, dicit non ignoſcere: Soluere vero, ignoſcere. Promittit ergo: Quodcunque peccatum non condonaueris ſuper terram, neque in coelo condonabitur a Deo: et quodcunque condonaueris hic, erit et ibi condonatum.

Sed Marcus et Lucas breuitatis cauſa Petri reſponſionem per compendium dixerunt: ideo et beati-

*) ὅτι ἐ. A.

Verſ. 18. Καὶ — αὐτῆς.

Οὐ κατακυριεύσουσιν τῆς ἐκκλησίας. πύλας δὲ ᾅδου λέγει, τὰς παρὰ τῶν ἑλλήνων καὶ τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας, ὡς εἰσαγούσας εἰς κόλασιν αἰώνιον, ἢ τὰς παρ᾽ αὐτῶν τιμωρίας, ὡς εἰσαγούσας εἰς θάνατον τῆς σαρκός. εἶτα καὶ ἑτέραν λέγει τιμήν.

Verſ. 19. Καὶ — οὐρανῶν.

Ὁμολογήσαντος τοῦ πέτρου, υἱὸν τοῦ θεοῦ γνήσιον εἶναι αὐτὸν, δείκνυσιν αὐτῷ λοιπὸν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος τὸ ἀξίωμα, λέγων· οἰκοδομήσω ἐπὶ σοὶ τὴν ἐκκλησίαν μου, καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἤγουν, τὸ εἰσάγειν εἰς αὐτήν· κλειδούχου γὰρ ἔργον τὸ εἰσάγειν.

Καὶ μὴν τὸ δῶρον τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων γέγονεν. ἀλλὰ πρώτῳ τούτῳ δέδοται, διότι πρῶτος οὗτος υἱὸν τοῦ θεοῦ γνήσιον τὸν χριστὸν εἶναι ἀνωμολόγησε. διὸ καὶ, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, οὗτος ἐδίδαξε πρὸ πάντων μέχρι πολλοῦ, καὶ πολλοὺς εἰσήγαγε.

Verſ. 19. Καὶ — οὐρανοῖς.

Καὶ τοῦτο τῆς κλειδουχίας ταύτης ἴδιον. καὶ δῆσιν μὲν λέγει, τὴν ἀσυγχωρησίαν· λῦσιν δὲ, τὴν συγχώρησιν. ὑπισχνεῖται δὲ, ὃ [9]) ἂν ἁμάρτημα οὐ συγχωρήσῃς ἐπὶ γῆς, ἔσται ἀσυγχώρητον καὶ ἐν οὐρανῷ παρὰ τοῦ θεοῦ· καὶ ὃ ἂν συγχωρήσῃς ἐνταῦθα, ἔσται κἀκεῖ συγκεχωρημένον.

Ἀλλὰ μάρκος [r]) μὲν καὶ λουκᾶς συντομίας ἕνεκεν τὴν ἀπόκρισιν τοῦ πέτρου κατ᾽ ἐπιτομὴν εἰρη-

r) Marc. 8, 29. Luc. 9, 20.

beatitudinem eius et alium honorem tacuerunt: ſimul etiam ſcientes eum abunde honoratum. Matthaeus vero diligentiae gratia haec omnia conſcripſit, pariter etiam Apoſtolorum principem honorans.

Verſ. 20. *Tunc — Chriſtus.*

Marcus autem dixit, Et interminatus eſt illis ne cui de ſe dicerent. Lucas vero, Interminatus praecepit eis ne cui hoc dicerent. Vnde liquet quod hic in Matthaeo ſumitur verbum διεϛείλατο pro Praecepit: et apud Marcum ἐπετίμησε, hoc eſt interminatus eſt, pro, Confirmando praecepit: et ſimiliter eius participium ἐπιτιμήσας apud Lucam. Vt nemini dicerent quod ipſe eſſet Chriſtus, naturalis videlicet Dei filius, ſicut Petrus confeſſus eſt.

Neceſſarium ſiquidem erat, vt hoc ab ipſo patre reuelaretur, ab ipſo autem filio ante mortem ſuam confirmaretur, et a ſolis diſcipulis cognoſceretur, vtpote qui popularibus perfectiores erant, et quaſi communes orbis magiſtri: populares vero id nunc ſcire noluit vſque ad reſurrectionem ſuam a mortuis: ne ſi nunc diſcerent illum natura eſſe Dei filium, et natura Deum: poſtea videntes eum ignominioſe contumeliis affectum, et indigna patientem, ac acerbe interemptum, offenderentur: et rurſum ad priorem incredulitatem recurrerent, aegreque ab ea reuocarentur.

Nam ſi diſcipulos etiam, qui popularibus perfectiores erant, offenderunt non ſolum haec conſpecta, verum etiam de his rebus habiti ſermones: quid non paſſae fuiſſent imperfectae turbae dum

haec

εἰρήκασι. διὸ καὶ τὸν μακαρισμὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἄλλην τιμὴν ἀπεσιώπησαν, ἅμα καὶ ἀφιλότιμον εἰδότες αὐτόν. ὁ δὲ ματθαῖος ἀκριβείας χάριν ταῦτα πάντα ἱςόρησεν, ἅμα καὶ τιμῶν τὸν κορυφαῖον.

Verſ. 20. Τότε — χριςός.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι[s]) καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ λουκᾶς, ὅτι ἐπιτιμήσας[t]) αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο.[1]) διεςείλατο μὲν οὖν, ἀντὶ τοῦ, παρήγγειλεν· ἐπετίμησε[2]) δὲ, ἀντὶ τοῦ, κατησφαλίσατο, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, ὅτι αὐτός ἐςιν ὁ χριςὸς, ὁ φύσει υἱὸς δηλαδὴ τȣ̃ θεȣ̃, καθὼς ὁ πέτρος ὡμολόγησεν. s) Marc. 8, 30. t) Luc. 9, 21.

Ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ἦν, ἀποκαλυφθῆναι τοῦτο παρ' αὐτȣ̃ τȣ̃ πατρός· βεβαιωθῆναι δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, πρὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καὶ γνωρισθῆναι μόνοις τοῖς μαθηταῖς, ὡς τελειοτέροις τῶν ὄχλων, καὶ ὡς κοινοῖς διδασκάλοις τῆς οἰκουμένης. τοὺς ὄχλους δὲ τοῦτο μαθεῖν, οὐκ ἐβȣ́λετο νῦν, ἄχρι τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναςάσεως αὐτοῦ, ἵνα μὴ νῦν μαθόντες, ὅτι φύσει υἱός ἐςι τȣ̃ θεȣ̃, καὶ φύσει θεὸς, εἶτα θεασάμενοι τοῦτον ἀτίμως ὑβριζόμενον καὶ δεινὰ πάσχοντα καὶ πικρῶς ἀναιρȣ́μενον, σκανδαλισθῶσιν, καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀπιςίαν παλινδρομήσωσι, καὶ δυσανάκλητοι γένωνται.

Εἰ γὰρ καὶ τοὺς μαθητὰς ἐσκανδάλισε ταῦτα, τοὺς τελειοτέρȣς τῶν ὄχλων, καὶ ȣ̓ ταῦτα μόνον ὁρώμενα, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ τούτων λόγοι προμηνυόμενοι· τί οὐκ ἂν ἔπαθον οἱ ἀτελεῖς ὄχλοι, ταυ-

[1]) αὐτὸ, pro τοῦτο. A.
[2]) ἐπιτιμήσας. A.

haec conspexissent, maxime ignorantes passionis mysterium, quod ipsis quoque discipulis erat receptu difficile? Nam et hi, quando post saluatoris in coelum ascensionem venit super eos spiritus sanctus, tunc demum diuina gratia repleti, humanis cogitationibus abiectis, omnia cognouerunt mysteria. Verum semper ad id vsque tempus omnia ad humanitatem pertinentia offendebant illos.

Propter hoc ergo vt dictum est, noluit a popularibus sciri, quod natura Dei filius esset, et natura Deus: idque multis modis praecepit discipulis. Quando vero completis ac finitis omnibus quae ostendere poterant, praedicaturus illum erat natura Deum esse sol obscuratus, velum templi discissum, terra concussa, petrae diruptae, et corpora sanctorum qui dormierant excitata, ipseque gloriose a mortuis resurgens, tunc sane effulsit virtus diuinitatis eius, et indubitata erat demonstratio. Simul quoque immissurus erat spiritus sanctus intellectum, non solis discipulis, sed omnibus etiam credentibus: et tunc iam demum omnibus publicari volebat et diuinitatis et passionis suae mysterium, vt absque vllo offendiculo praedicatio procederet.

Verf. 21. *Ex eo tempore — resurgere.*

Ex eo tempore, ex quo firmiter cognouerunt discipuli, quod naturalis esset Dei filius: tunc enim demum coepit demonstrare siue praedicere illis quae

3) ἔτι, abest. A.
4) αὐτοῖς, abest. A.
5) Sed in textu seruat vulgatum δεικνύειν, quod Chrysostomus etiam habet. Tom. VII. p. 549. E. 577. C.

τοιαῦτα βλέποντες, καὶ ἀγνοοῦντες τὸ τῦ πάθες μυστήριον, ὅπερ καὶ αὐτοῖς τοῖς μαθηταῖς ἔτι[3] δυσπαράδεκτον ἦν; καὶ οὗτοι γὰρ, ὅτε μετὰ τὴν ἀνάληψιν τῦ σωτῆρος ἐπεφοίτησεν αὐτοῖς[4]) τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τότε λοιπὸν θείας χάριτος πλησθέντες, καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς ἀποθέμενοι, συνῆκαν τὰ μυστήρια πάντα, καὶ στεῤῥότεροι γεγόνασιν ἀδάμαντος. ἄχρι δὲ τότε συνεχῶς ἐσκανδάλιζον αὐτοὺς πάντα τὰ ἀνθρωποπρεπῆ τῦ χριστῦ.

Διὰ τοῦτο τοίνυν, ὡς εἴρηται, τότε μὲν οὐκ ἤθελε γνωσθῆναι τοῖς ὄχλοις, ὅτι φύσει υἱὸς τοῦ θεῦ ἐστι, καὶ φύσει θεὸς, καὶ διαφόρως τοῦτο παρήγγελε τοῖς μαθηταῖς. ὅτε δὲ τῶν σκανδαλιζόντων πάντων τελεσθέντων, ἔμελλον λαμπρῶς ἀνακηρύττειν αὐτὸν φύσει θεὸν ὁ ἥλιος σκοτιζόμενος, τὸ καταπέτασμα τῦ ναοῦ ῥηγνύμενον, ἡ γῆ σειομένη, αἱ πέτραι σχιζόμεναι, καὶ τὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἐγειρόμενα, καὶ αὐτὸς ἐνδόξως ἐκ νεκρῶν ἀνιστάμενος· τηνικαῦτα γὰρ σαφῶς ἐξέλαμψεν ἡ δύναμις τῆς αὐτοῦ θεότητος, καὶ ἀναντίῤῥητος ἦν ἡ ἀπόδειξις· ἔμελλε δὲ καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα σύνεσιν ἐμβαλεῖν, ὐ τοῖς μαθηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσι· τότε δὴ τότε λοιπὸν ἐβύλετο δημοσιευθῆναι πᾶσι καὶ τὸ τῆς θεότητος, καὶ τὸ τοῦ πάθους αὐτῦ μυστήριον, ἵνα ἀσκανδάλιστον ὁδεύοι τὸ κήρυγμα.

Verſ. 21. Ἀπὸ τότε — ἐγερθῆναι.

Ἀπὸ τότε, ἀφ' οὗ βεβαίως ἔμαθον οἱ μαθηταὶ, ὅτι γνήσιος υἱός ἐστι τῦ θεῦ. τὸ λοιπὸν γὰρ ἤρξατο[5]) προδεικνύειν, τυτέστι, προλέγειν τύτοις, ἃ μέλ-

quae passurus erat: vt haec praescientes, tempore passionis non offenderentur, neque suspicarentur quod propter naturae imbecillitatem pateretur. Quo enim pacto id fieret de eo, qui praenouit et praedicit, ac festinat potius vt patiatur.

Vers. 22. *Et — illum.*

Assumens, hoc est seorsim accipiens. Audito enim quod moriturus esset, grauiter tulit: Nam id sua diuinitate indignum putauit: ideoque quasi jam sumpta libertate, eo quod beatificatus esset, seorsim increpauit illum siue reprehendit.

Scire enim oportet quod hoc verbum ἐπετίμησε (pro quo vtplurimum vertimus, Increpauit aut interminatus est) apud Euangelistas interdum quidem significat silentium imponere siue os obstruere: vt de daemone qui dicebat se nosse Christum, quod sanctus ille Dei esset. Ait enim ἐπετίμησε, hoc est increpauit illum, siue silentium imposuit. Interdum autem significat Refrenauit siue imperauit: vt est illud ἐπετίμησε, id est, imperauit ventis et mari, siue refrenauit. Quandoque vero denotat, Confirmauit: vt quum dicitur ἐπετίμησε eis, hoc est confirmauit illos ne cui de se dicerent. Quandoque autem Reprehendit: vt est id de quo erat sermo. Interdum quoque Increpauit vel corripuit: vt est illud ἐπετίμησε id est increpauit Petrum, vt statim consequenter dicemus. Est et vbi significat, Prohibuit, vt in fine quadragesimi capitis inueniemus.

Vers. 22. *Dicens: — hoc.*

Tanquam consulens hoc ait, vt ingenuus amicus. Quod autem dicitur, Propitius tibi sit, consueto more

μέλλει παθεῖν, ἵνα ταῦτα προγινώσκοντες, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους μὴ σκανδαλισθῶσιν, μηδ᾽ ὑπολάβωσιν, ὅτι δι᾽ ἀσθένειαν φύσεως πάσχει. πῶς γάρ; ὃς καὶ προγινώσκει τοῦτο, καὶ προλέγει, καὶ σπεύδει μᾶλλον παθεῖν.

Verſ. 22. Καὶ — αὐτῷ.

Προσλαβόμενος, ἀντὶ τοῦ, παραλαβὼν κατιδίαν. ἀκούσας γάρ, ὅτι μέλλει ἀποθανεῖν, ἐβαρυθύμησεν, ἀνάξιον τῆς αὐτοῦ θεότητος τοῦτο νομίσας. διὸ καὶ, ὡς ἤδη παῤῥησίαν ἀπὸ τοῦ μακαρισθῆναι κτησάμενος, κατιδίαν ἐπετίμησεν αὐτῷ, εἴτουν, ἐμέμψατο.

Χρὴ γὰρ γινώσκειν, ὅτι τὸ ἐπετίμησε παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς, ποτὲ μὲν σημαίνει, τὸ ἐπεστόμισεν, ὡς ἐπὶ τοῦ δαίμονος, τοῦ εἰπόντος εἰδέναι τὸν χριστὸν, ὅτι ἐστὶν ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. ἐπετίμησε [v]) v) Marc. 1, 25.
γάρ, φησιν, αὐτῷ, τουτέστιν, ἐπεστόμισεν αὐτόν· ποτὲ δὲ δηλοῖ, τὸ ἐχαλίνωσεν, ἢ ἐπέταξεν, ὡς τὸ, ἐπετίμησε τοῖς [x]) ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ· x) Matt. 8, 26.
ποτὲ δὲ, τὸ κατησφαλίσατο, ὡς τὸ, ἐπετίμησεν [y]) αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ· ποτὲ δὲ, τὸ, ἐμέμψατο, ὡς τοῦτο δὴ, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος· ποτὲ δὲ, τὸ ἐπέπληξεν, ὡς τὸ, ἐπετίμησε [z]) τῷ πέτρῳ, καθὼς ἑξῆς δηλωθήσεται· ἔστι δὲ, ὅτε καὶ, τὸ ἐκώλυσεν, [a]) ὡς εὑρήσομεν πρὸς τῷ τέλει τοῦ τεσσαρακοστοῦ κεφαλαίου.

y) Marc. 8, 30.
z) Marc. 8, 33.
a) Matt. 19, 13.

Verſ. 22. Λέγων — τοῦτο.

Συμβουλεύων δῆθεν, τοῦτό φησι, ὡς γνήσιος. τὸ μὲν οὖν ἵλεώς σοι, κατὰ συνήθειαν εἴρηκεν.

ἔθος

more loquutus eſt. Moris enim erat hoc dicere eum, qui indignaretur abſurdum quippiam dicenti: vt, Propitius tibi ſit Deus ob talem ſermonem. Id vero quod addit, Non erit tibi hoc, tantundem eſt ac ſi diceret: Ne contingat tibi hoc quod dicis.

Verſ. 23. *At ille — Satana.*

Marcus autem dixit quod conuerſus et intuitus diſcipulos ſuos: increpauit ſiue corripuit Petrum. Etenim voluit illos quoque increpationem audire ac caſtigari: qui idem quod Petrus patiebantur. Satanam autem eum vocat, quaſi in hoc ſatanam imitantem, quod Chriſtum occidi nolebat. Siquidem neque Satanas Chriſtum occidi volebat, vt mendaces viderentur prophetiae quae de morte eius loquebantur: et ne mors carnis huius, fieret mors ſuae poteſtatis: quanquam ipſe propria victus malitia Iudaeos ad eius caedem incitauit.

Poteſt autem et aliter dici: quod quia Satanas aduerſarius dicitur, Petrus autem prohibens Chriſtum mori, non ſequebatur eius voluntatem ſed aduerſabatur, ait ei ſaluator: Abi poſt me Satana, hoc eſt ſequere me aduerſarie.

Verſ. 23. *Obſtaculo mihi es.*

Impedimento mihi es, aduerſarius meae voluntati. Deinde dicit etiam cauſam propter quam aduerſabatur.

Verſ. 23.

*) Forte hic excidit τι. Videtur id reperiſſe Hentenius.

ἔθος γὰρ ἦν, τοῦτο λέγειν τὸν μεμφόμενόν τινι εἰπόντι[6]) παράλογον, οἷον ἵλεώς σοι θεὸς εἴη, ἕνεκεν τοῦ τοιούτου λόγου. τὸ δὲ, οὐ μὴ ἔσαι[7]) σοι τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, μὴ γένοιτό σοι τοῦτο, ὃ λέγεις.

Verſ. 23. Ὁ δὲ — σατανᾶ.

Μάρκος δέ φησιν, ὅτι ἐπιςραφεὶς,[b]) καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἐπετίμησε τῷ πέτρῳ, ἤγουν, ἐπέπληξε. καὶ γὰρ ἠθέλησε κἀκείνους ἀκοῦσαι τῆς ἐπιπλήξεως, καὶ σωφρονισθῆναι, παθόντας, ὅπερ ὁ πέτρος. σατανᾶν δὲ αὐτὸν ὠνόμασεν, ὡς μιμούμενον τὸν σατανᾶν, ἐν τῷ μὴ θέλειν ἀναιρεθῆναι τὸν χριςόν. καὶ γὰρ οὐδ᾽ ὁ σατανᾶς ἤθελεν ἀναιρεθῆναι αὐτὸν, ἵνα φανῶσι ψευδεῖς αἱ περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ προφητεῖαι, καὶ ἵνα μὴ ὁ θάνατος τῆς τούτου σαρκὸς, θάνατος γένηται τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, εἰ καὶ αὐτὸς τοὺς ἰουδαίους εἰς τὸν κατὰ τοῦ σωτῆρος φόνον παρέθηγεν, ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ κακίας νικώμενος. b) Marc. 8, 33.

Ἔςι δὲ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν, ὅτι ἐπεὶ σατανᾶς μὲν, ὁ ἀντικείμενος ἑρμηνεύεται· πέτρος δὲ, κωλύων τὸν χριςὸν ἀποθανεῖν, οὐκ ἠκολούθει τῷ θελήματι αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἀντέκειτο, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ σωτήρ· ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, τουτέςιν, ἀκολούθει μοι, ἀντικείμενε.

Verſ. 23. Σκάνδαλόν μου εἶ.

Ἐμπόδιόν μου νῦν ὑπάρχεις, ἀντικείμενος τῷ ἐμῷ θελήματι. εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν ἀντέκειτο.

Verſ. 23.

7) σοι, omittit. B.

Verſ. 23. *Quia — hominum.*

Hoc inquit pateris, quia non dinino ſed humano modo ſapis. Etenim ſi diuina guſtares, vtique dignum me iudicares qui moriar pro mundo: quia vero humana ſapis, potius indignum me iudicas qui moriar.

Tu vero mihi conſidera eum qui paulo ante maxime beatus praedicatus eſt, nunc maxime increpatum, et ad correptionem ſuae audaciae, et vt intelligas quod ſaluator non ſit perſonarum acceptor: quum enim recte loquutus eſt, beatum praedicauit illum: quando autem non recte, increpauit. Recte quidem loquutus eſt in his quae per reuelationem diuinitus accepit: non recte vero loquutus eſt, in his quae a ſeipſo dixit.

Verſ. 24. *Tunc —*) me.*

Marcus et Lucas aiunt etiam ad turbas et ſimpliciter ad omnes haec illum dixiſſe. Dixit autem haec, confirmans non ſolum non eſſe indecens vt ipſe moriatur, ſed neque poſſe quempiam ſuum eſſe diſcipulum, niſi et ille moriatur pro honeſto. Si quis inquit vult poſt me venire, ſiue ſequi me tanquam diſcipulus et imitator, abneget ſemetipſum, dico ſane ſuiipſius voluntatem, voluptatum ac vitae amorem, aut ſuum proprium corpus, non parcens illi laboranti et afflicto, ſed exponat illud periculis: et tollat crucem ſuam, ſiue ferat in memoria ſuam mortem. Per crucem enim mortem ſignificauit: quia tunc mortis inſtrumentum erat crux: ſemper ſuiipſius caedem expectet, ſemper ad mortem paratus ſit, et quotidie voluntate moriatur.

Alio

*) καὶ, ante λέγω, addit. A.

Vers. 23. Ὅτι — ἀνθρώπων.

Τοῦτό, φησι, πάσχεις, διότι οὐ φρονεῖς θεϊκῶς, ἀλλ' ἀνθρωπίνως. εἰ μὲν γὰρ ἐφρόνεις θεῖα, ἀνάξιόν μου ἐνόμισας ἄν, τὸ μὴ ἀποθανεῖν με ὑπὲρ τοῦ κόσμου· ἐπεὶ δὲ φρονεῖς ἀνθρώπινα, ἀνάξιόν μου κρίνεις μᾶλλον τὸ ἀποθανεῖν με.

Σὺ δέ μοι βλέπε τὸν πρὸ μικροῦ μεγάλα μακαριζόμενον, νῦν μεγάλα ἐπιπληττόμενον, εἰς καταστολήν τε τῆς παῤῥησίας αὐτοῦ, καὶ ἵνα μάθῃς τὸ ἀπροσωπόληπτον τοῦ σωτῆρος. ὅτε μὲν γὰρ ὀρθῶς εἴρηκεν, ἐμακάρισεν αὐτόν· ὅτε δὲ οὐκ ὀρθῶς εἶπεν, ἐπέπληξε. καὶ ὀρθῶς μὲν εἴρηκεν, ἐν οἷς ἀποκάλυψιν θεόθεν ἐδέξατο· οὐκ ὀρθῶς δὲ εἶπεν, ἐν οἷς οἴκοθεν ἐφθέγξατο.

Vers. 24. Τότε — μοι.

Μάρκος [c]) δὲ καὶ λουκᾶς φασὶ, καὶ πρὸς τὸν ὄχλον, καὶ ἁπλῶς πρὸς πάντας ταῦτα εἰπεῖν αὐτόν. εἶπε δὲ ταῦτα βεβαιῶν, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἀπρεπὲς τὸ ἀποθανεῖν αὐτὸν, ἀλλ' οὐδὲ δύναταί τις εἶναι αὐτοῦ μαθητὴς, ἐὰν μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ καλοῦ. εἴ τις γάρ, φησι, θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἤγουν, ἀκολουθῆσαί μοι, ὡς μαθητὴς καὶ μιμητὴς, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, [d]) λέγω δὴ, τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, τὸ φιλήδονον, τὸ φιλόζωον, ἢ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, μὴ φειδόμενος αὐτοῦ κακουχουμένου καὶ βασανιζομένου, ἀλλ' ἐκδιδοὺς αὐτὸ κινδύνοις· καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἤγουν, βασταζέτω ἐπὶ μνήμης τὴν ἀναίρεσιν ἑαυτοῦ. διὰ τοῦ σταυροῦ γὰρ τὴν ἀναίρεσιν ἐδήλωσε, διότι τότε ἀναιρέσεως ἦν ὄργανον ὁ σταυρός· ἀεὶ προσδοκάτω τὴν σφαγὴν ἑαυτοῦ, πάντοτε ἕτοιμος ἔστω πρὸς θάνατον, καὶ καθεκάστην ἀποθνησκέτω τῇ προαιρέσει.

c) Marc. 8, 34. Luc. 9, 23.

Καὶ

Alio etiam modo praesens dictum interpretati sumus decimonono capite. Vide autem quomodo dixerit. Si quis vult, siue vir, siue mulier, siue praesidens, siue cui alius praesidet: si velit: neminem enim inuitum cogit. Ne putes autem quod mala pati solum sufficiat: nam et latrones et depraedatores ac magi, aliique praui homines innumera mala patiuntur, addidit: Et sequatur me: docens non solum oportere talia pati, sed etiam se sequi, hoc est per vestigia conuersationis ipsius incedere.

Vers. 25. *Quisquis — eam.*

Dixit etiam haec decimonono capite: quaere ergo ibi horum interpretationem. Marcus autem dixit, Propter me et euangelium, hoc est propter me et meam doctrinam.

Vers. 26. *Quid enim — iacturam fecerit?*

Impossibile quidem est quempiam totum mundum lucrifacere: si tamen possibile foret, nulla esset vtilitas. Siquidem omnia quae mundi sunt, mortalia sunt: anima vero immortalis: et horum sane delectatio temporalis, illius vero supplicium sempiternum. Deinde auget et terrorem. Inde enim plerumque meliores reddere solet auditores.

Vers. 26. *Aut — sua?*

Si enim neque mundus totus correspondens est animae rationali, quid dabit quispiam commutationis vt hanc ab aeterno supplicio eripiat? Certe nihil. Omnibus itaque relictis, huius curam habere solius oportet, cuius iactura est maxime mortalis,

Καὶ ἑτέρως δὲ τὸ παρὸν ἡρμηνεύσαμεν ῥητὸν ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ. σκόπει δὲ, πῶς εἶπεν, εἴτις θέλει, κἂν ἀνὴρ, κἂν γυνὴ, κἂν ἄρχων, κἂν ἀρχόμενος· καὶ, ἐὰν θέλῃ· ὐδένα γὰρ ἄκοντα καταναγκάζει· ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς, ὅτι τὸ κακῶς πάσχειν μόνον ἀρκεῖ· καὶ γὰρ καὶ λῃσαὶ καὶ τυμβωρύχοι καὶ γόητες καὶ ἄλλοι πονηροὶ πάσχυσι μυρία· προσέθηκεν, ὅτι καὶ ἀκολυθείτω μοι· διδάσκων, ὅτι χρὴ μὴ μόνον τοιαῦτα πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ἀκολυθεῖν αὐτῷ, τυτέςι, κατ᾽ ἴχνος βαίνειν τῆς πολιτείας αὐτῦ.

Verſ. 25. Ὃς — αὐτήν.

Εἴρηκε ταῦτα καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον ἐν ἐκείνῳ τὴν τούτων ἐξήγησιν. μάρκος δέ φησιν, ἕνεκεν[d]) ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου, τυτέςι, δἰ ἐμὲ, καὶ διὰ τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν.

d) Marc. 8, 35.

Verſ. 26. Τί γὰρ — ζημιωθῇ;

Ἀδύνατον μὲν, ἕνα τινὰ τὸν κόσμον ὅλον κερδῆσαι· εἰ δὲ καὶ δυνατὸν ἦν· ὐδὲν ὄφελος. τὰ μὲν γὰρ τῦ κόσμυ πάντα θνητά εἰσιν· ἡ δὲ ψυχὴ ἀθάνατος. καὶ τύτων μὲν ἡ τέρψις πρόσκαιρος· ταύτης δὲ ἡ κόλασις αἰώνιος. εἶτα αὔξει τὸν φόβον. εἴωθε γὰρ ἐντεῦθεν μᾶλλον βελτιῦν τοὺς ἀκροατάς.

Verſ. 26. Ἢ — αὐτοῦ;

Εἰ γὰρ οὐδ᾽ ὁ σύμπας κόσμος ἀντάξιός ἐςι ψυχῆς λογικῆς, τί δώσει τις ἀντάλλαγμα, ὥςε ταύτην ἐξελέσθαι τῆς αἰωνίου κολάσεως; ὄντως ὐδέν. λοιπὸν οὖν χρὴ, πάντων ἀφεμένους τῶν ἄλλων, ταύτης ἐπιμελεῖσθαι μόνης, ἧς ἡ ζημία

talis, et ob quam perditam nulla poteſt dari commutatio. Vt autem diſcant quod ſegnibus non ſine vltione erit ſua ſegnities, neque ſedulis praemio carebit ſua ſedulitas, vtque illi amplius terreantur, hi vero maiorem accipiant conſolationem, dicit.

Verſ. 27. *Filius — operatus eſt.*

Simul demonſtrauit quod eandem habeat cum patre gloriam. In gloria inquit patris ſui. Quodſi eandem habet gloriam, eiusdem vtique ſubſtantiae eſt et potentiae ac diuinitatis: quorum enim gloria eſt eadem, horum et caetera quoque ſunt eadem.

Verſ. 28. *Amen — in regno ſuo.*

Poſtquam de ſeipſo dixit, quod futurum eſt vt veniat in gloria cum ſatellitio ac comitatu et praemiſſione angelorum: cognito quod diſcipuli de hoc ſermone diffiderent, confirmat illum: praemittens, quod non multo poſt quidam ſe viſuri eſſent in gloria: hanc enim regnum nunc vocauit. Significabat autem ſuae transformationis ſplendorem, quem poſt breue tempus demonſtraturus erat Petro, Iacobo et Ioanni: Nam de his dixit: ſunt quidam hic ſtantes. Regnum autem ſuum ſiue gloriam ſuam, ſplendorem illum nominauit, cum quo poſtmodum deſcenſurus eſt, quando reddet vnicuique iuxta id quod operatus eſt. Venientem vero dixit, hoc eſt apparentem.

Cap.

9) περὶ αὐτοῦ. A.

καριωτάτη, καὶ ἧς ἀπολομένης, οὐκ ἔςι δοῦναι ἀντάλλαγμα. ἵνα δὲ μάθοιεν, ὅτι ὔτε τοῖς ῥαθύμοις ἀτιμώρητον ἔςαι τὸ ῥαθύμον, ὔτε τοῖς σπουδαίοις ἀγέραςον τὸ σπȣδαῖον, καὶ ἵνα ἐπὶ πλέον ἐκεῖνοι μὲν φοβηθῶσιν, ȣ̓τοι δὲ παρηγορηθῶσι, φησί·

Verſ. 27. Μέλλει — κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

Ἅμα ἐνέφηνε, καὶ ὅτι τῆς αὐτῆς τῷ πατρὶ δόξης ἐςίν. ἐν τῇ δόξῃ γάρ, φησι, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. εἰ δὲ τῆς αὐτῆς δόξης ἐςί· τῆς αὐτῆς ἄρα καὶ οὐσίας ἐςὶ, καὶ δυνάμεως, καὶ θεότητος. ὧν γὰρ δόξα ἡ αὐτή· τȣ́των ἄρα καὶ τἄλλα τὰ αὐτά.

Verſ. 28. Ἀμὴν — ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

Εἰπὼν περὶ *) ἑαυτοῦ, ὅτι μέλλει ἔρχεσθαι ἐν δόξῃ μετὰ δορυφορίας καὶ προπομπῆς τῶν ἀγγέλων, καὶ γνοὺς τοὺς μαθητὰς δυσπιςοῦντας τῷ τοιȣ́τῳ λόγῳ, βεβαιοῖ τοῦτον, προστιθεὶς, ὅτι οὐκ εἰς μακράν τινες αὐτῶν ὄψονται τὴν δόξαν αὐτοῦ. ταύτην γὰρ νῦν ὠνόμασε βασιλείαν. ἐδήλȣ δὲ τὴν λαμπρότητα τῆς μεταμορφώσεως αὐτȣ͂, ἣν μετὰ καιρὸν ὀλίγον ἔμελλεν ὑποδεῖξαι πέτρῳ καὶ ἰακώβῳ καὶ ἰωάννῃ. περὶ τȣ́των γὰρ εἶπεν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑςώτων. βασιλείαν δὲ αὐτοῦ, ἤγȣν, δόξαν, τὴν λαμπρότητα ταύτην ὠνόμασεν, ὡς οὖσαν προμήνυμα καὶ παράδειγμα τῆς λαμπρότητος ἐκείνης, μεθ' ἧς μέλλει κατελθεῖν ὕςερον, ὅτε ἀποδώσει ἑκάςῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. ἐρχόμενον δὲ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, φαινόμενον.

Cap. XXXIV. De transformatione Christi.

Cap. XVII. v. 1. *Et post — eius.*

Lucas autem dixit, Post octo: nec tamen contrarius est. Siquidem annumerauit ille et duos dies alios, hunc videlicet quo praedicta loquutus est Iesus discipulis, et eum quo illos assumpsit: Matthaeus vero vtroque praetermisso, medios tantum enumerauit. Quare autem solos hos tres assumpsit, non modo tantum, sed et alias frequentius, sicut in progressu inueniemus? Quia caeteris discipulis praestantiores erant: Petrus quidem eo quod valde diligeret eum, propter fidei feruorem, Ioannes vero quia plurimum diligebatur ab illo, propter virtutum excellentiam, Iacobus autem quia grauis admodum erat Iudaeis: in tantum vt Herodes occiso illo maximam praestiterit gratiam Iudaeis.

Vide autem quo modo Matthaeus non occultauerit illos qui sibi praepositi sunt. Hoc autem et Ioannes plerisque in locis facit, praecipua Petri encomia libenter describens: Apostolorum namque chorus expers erat inuidiae: Ideo autem quum dixisset Christus: sunt quidam de hic stantibus, horum occultauit nomina, ne caeteros contristaret: nam indignos sese arbitrati, doluissent se despici.

Vers. 1. *Et — seorsim.*

Lucas autem dicit, quod assumpsit illos, ascenditque in montem vt oraret.

Vers. 2.

*) μόνους τούτους τοὺς τρεῖς. A.

Κεφ. ΛΔ. Περὶ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ χριστοῦ.

Cap. XVII. v. 1. Καὶ μεθ' — αὐτοῦ.

Λουκᾶς δὲ, μετὰ e) ὀκτὼ, φησιν, οὐκ ἐναντιολογῶν. ὗτος μὲν γὰρ συνηρίθμησε καὶ αὐτὰς τὰς ἡμέρας, καθ' ἥν τε τὰ ῥηθέντα εἶπε τοῖς μαθηταῖς ὁ χριστὸς, καὶ καθ' ἣν τούτους παρέλαβε· ματθαῖος δὲ καὶ ἀμφοτέρας ταύτας παραλιπὼν, τὰς μεταξὺ μόνας ἀπηριθμήσατο. διατί δὲ μόνους [1]) τοὺς τρεῖς τούτους παραλαμβάνει, καὶ οὐ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν; διότι τῶν ἄλλων μαθητῶν ὑπερεῖχον οὗτοι. πέτρος μὲν, ἀπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν, διὰ θερμότητα πίστεως· ἰωάννης δὲ, ἀπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ, δι' ὑπερβολὴν ἀρετῶν· ἰάκωβος δὲ, ἀπὸ τοῦ σφόδρα βαρὺς εἶναι τοῖς ἰουδαίοις, [2]) [ὡς καὶ τὸν ἡρώδην, ὕστερον ἀνελόντα τοῦτον, χάριν μεγίστην ἀπονεῖμαι τοῖς ἰουδαίοις.] e) Luc. 9, 28.

Σκόπει δὲ, πῶς ὁ ματθαῖος οὐκ ἀπεκρύψατο τοὺς προτιμηθέντας αὐτοῦ. τοῦτο δὲ καὶ ἰωάννης πολλαχοῦ ποιεῖ, τὰ ἐξαίρετα τοῦ πέτρου ἐγκώμια φιλαλήθως ἀναγράφων. φθόνου γὰρ ἐκτὸς ἦν ὁ τῶν ἀποστόλων χορός. διατί δὲ, εἰπὼν ὁ χριστὸς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, ἀπεκρύψατο τὰ τούτων ὀνόματα; διὰ τὸ μὴ λυπῆσαι τοὺς ἄλλους. καὶ γὰρ ἤλγησαν ἂν, δόξαντες ὡς ἀνάξιοι παροραᾶσθαι.

Verſ. 1. Καὶ — κατιδίαν.

Ὁ δὲ λουκᾶς εἶπεν, ὅτι παραλαβὼν f) αὐτοὺς, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. f) Luc. 9, 28.

[2]) Incluſa exciderant ex Codice B. ob repetitum ἰουδαίοις.

Verſ. 2. *Et — lumen.*

Subducit illos in montem excelſum, vt a nullo alio conſpici poſſit: ideo etiam addit, ſeorſim. Nihil enim faciebat ad gloriam, ſed omnia ad utilitatem. Praeterea vt diſcamus oportere a terrena ſubleuari humilitate eum, qui diuina contemplatione dignus habendus eſt.

Et transformatus eſt, corpore quidem in propria figura manente, diuino vero ſplendore modicum quiddam in eo detegente, ac faciem eius illuſtrante, ſpeciemque illius ad maiorem Dei ſimilitudinem immutante. Coram eis autem, ne transformatum ipſum intuiti alterum eſſe ſuſpicarentur: vtque ſcirent eum facillime quod velit facere poſſe.

Splenduit vero facies eius ſicut ſol, quia ita illis apparuit: ille enim ſupra ſolem erat, diuinus quidam et ineffabilis. Veſtimenta autem eius facta ſunt candida ſicut lumen, diffuſo etiam in illa ſplendore.

Itaque ſi noſtrum quoque aliquis Ieſum vt Petrus amauerit, et amatus ab eo fuerit vt Ioannes, ac inimicis illius grauis fuerit vt Iacobus: inimici vero illius praecipui ſunt daemones: ſubducetur ab eo in montem excelſum, ſiue in altitudinem cognitionis: et gloriam illius intuebitur, quantum homini permiſſum eſt: dico ſane myſteria quae multis occultata ſunt ac inuiſa.

Non erit autem praeter intentum aut intempeſtiuum, vt dicamus faciem Ieſu intellectum ſermonum illius: veſtimenta vero eius dictiones ſermonum, quibus occultatus in eis intellectus tanquam veſtimentis induitur: talisque eius facies appare-

*) Hentenius προσωπον legit, quod praetulerim.

Verſ. 2. Καὶ — φῶς.

Ἀναφέρει μὲν αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἵνα γένηται πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀθέατος. διὰ τοῦτο γὰρ προσέθηκεν, ὅτι κατιδίαν. ὐδὲν γὰρ ἐποίει πρὸς φιλοτιμίαν, ἀλλὰ πάντα κατὰ χρείαν. ἅμα δὲ καὶ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι χρὴ ὑπεραρθῆναι τῆς γηρᾶς χθαμαλότητος τὸν μέλλοντα θεωρίας θείας ἀξιωθῆναι.

Μετεμορφώθη δὲ, μείναντος μὲν τοῦ σώματος ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος· τῆς θεϊκῆς δὲ λαμπρότητος μικρόν τι παραγυμνωθείσης, καὶ καταλαμπρυνάσης τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ εἶδος τούτου μεταβαλέσης ἐπὶ τὸ θεοειδέστερον. ἔμπροσθεν δὲ αὐτῶν, ἵνα βλέποντες, πῶς μετεμορφώθη, μὴ ὑπολάβωσιν ἕτερον αὐτὸν εἶναι, καὶ ἵνα μάθωσι, πῶς ὕτω ῥᾷον, ὃ θέλει, δύναται.

Ἔλαμψε δὲ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς ὁ ἥλιος, διότι ὕτως ἔδοξεν αὐτοῖς. ἡ γὰρ λαμπρότης ἐκείνη ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἦν, καὶ θεία τις καὶ ἀπόῤῥητος. τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ, ὡς τὸ φῶς, διαδοθείσης καὶ εἰς αὐτὰ τῆς φωτοχυσίας.

Εἴτις οὖν καὶ ἡμῶν ἢ ἀγαπήσει τὸν ἰησοῦν, ὡς πέτρος· ἢ ἀγαπηθῇ παρ' αὐτοῦ, ὡς ἰωάννης· ἢ βαρὺς γένηται κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ὡς ἰάκωβος· ἐχθροὶ δὲ τότε καὶ μᾶλλον οἱ δαίμονες· ἀναχθήσεται ὑπ' αὐτοῦ εἰς ὄρος ὑψηλὸν, ἤγουν, εἰς ὕψος γνώσεως, καὶ θεωρήσει τὴν δόξαν αὐτοῦ, καθόσον ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, λέγω δὴ, τὰ τοῖς πολλοῖς ἀποκεκρυμμένα καὶ ἀθέατα μυστήρια.

Οὐκ ἄκαιρον δὲ εἰπεῖν πρόσωπα [3]) μὲν τοῦ ἰησοῦ, τὴν γνῶσιν τῶν λόγων αὐτοῦ· ἱμάτια δὲ αὐτοῦ, τὰς λέξεις τῶν λόγων αὐτοῦ, αἷς ἡ ἐγκεκρυμμένη τύταις γνῶσις περιβέβληται, ὡς ἱμάτια· [4]) καὶ ὄψεται τὸ μὲν τοιῦτον πρόσωπον αὐτοῦ

4) ἱμάτιον. A.

parebit, splendens ac illuminans eos qui in illam defigunt oculos: et rursum talia eius vestimenta candida sunt, nihilque tenebrosum aut obscurum habentia.

Vers. 3. *Et — cum eo loquentes.*

Propter multas causas secum astare fecit Mosen et Eliam. Quia enim turbae dicebant: hi quidem Ioannem esse Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut vnum veterum prophetarum: constituit coram se tanquam seruos, eos qui in veteri testamento insigniores refulserant, vt discrimen quod est inter se et illos appareat, et quantum ipse ab illis differat. Haec itaque vna fuit causa.

Altera rursum: quia accusabant illum de legis transgressione dicentes, Non est hic a Deo, quia sabbathum non custodit. Rursusque blasphemiae eum accusabant, et quod Dei gloriam sibi vendicaret dicentes, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia homo quum sis, facis teipsum Deum: astare fecit coram se Mosen, vt ostenderet, quod si legis transgressor esset, nequaquam in modum serui legislator sibi astitisset: Eliam vero, vt appareat quodsi blasphemus esset, nequaquam is qui semper Dei gloriam vehementer amauerat ac tuitus fuerat, tanquam seruus illi astaret qui Deo contrarius esset.

Tertia quoque causa, vt mortis vitaeque Dominus cognosceretur. Moses enim mortuus erat, Elias

5) καὶ ἀσφαλές. A. male.
6) σεαυτόν. Chrysost. T. VII. p. 566. D. Ex eo enim, non ex Codicibus N. Testamenti, hi duo

τοῦ λάμπον καὶ φωτίζον τοὺς ἐνατενίζοντας· τὰ δὲ τοιαῦτα πάλιν ἱμάτια αὐτοῦ λευκὰ, μηδὲν σκοτεινὸν, καὶ [5]) ἀσαφὲς ἔχοντα.

Verſ. 3. Καὶ — μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.

Διὰ πολλὰς αἰτίας τὸν μωϋσῆν καὶ τὸν ἠλίαν παρέστησεν ἑαυτῷ. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ὄχλοι ἔλεγον, οἱ μὲν ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν εἶναι αὐτόν· ἄλλοι δὲ, ἠλίαν· ἕτεροι δὲ, ἱερεμίαν ἢ ἕνα τῶν προφητῶν τῶν ἀρχαίων· συμπαρέστησεν, ὡς δούλους, τοὺς ἐπισημοτέρους τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ λαμψάντων, ἵνα φανῇ τὸ μέσον ἑαυτοῦ τε κἀκείνων, καὶ πόσον αὐτὸς διαφέρει τούτων. μία μὲν οὖν αὕτη αἰτία.

Ἑτέρα δὲ πάλιν. ἐπειδήπερ ἐνεκάλουν αὐτῷ τὸ παραβαίνειν τὸν νόμον, λέγοντες· οὗτος [g]) οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ, καὶ πάλιν ἐκάλουν αὐτὸν βλάσφημον καὶ σφετεριζόμενον τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, φάσκοντες· περὶ [h]) καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς [6]) ἑαυτὸν θεόν· παρίστησιν ἑαυτῷ τὸν μωϋσῆν μὲν, ἵνα δειχθῇ, ὅτι εἰ παρέβαινε τὸν νόμον, οὐκ ἂν ὁ νομοθέτης δουλοπρεπῶς αὐτῷ παρίστατο· τὸν ἠλίαν δὲ, ἵνα φανῇ, ὅτι εἰ βλάσφημος ἦν καὶ τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ἐσφετερίζετο, μὴ προσήκουσαν αὐτῷ, οὐκ ἂν ὁ ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης ἀεὶ [7]) ζηλῶν, ὡς δοῦλος τῷ ἀντιθέῳ παρίστατο.

g) Io. 9, 16.
h) Io. 10, 33.

Καὶ ἄλλη δὲ αὖθις αἰτία, ἵνα γνωρισθῇ, ὅτι κύριός ἐστι καὶ θανάτου καὶ ζωῆς. μωϋσῆς μὲν γὰρ, θανὼν

duo Ioannis loci ſunt laudati. Hinc varietas lectionis.

7) ἀεὶ, abeſt. A.

Elias autem viuus: et vt videntes postmodum discipuli illum morientem, intelligerent quod haec voluntarie pateretur, et cogitarent quod nequaquam moreretur inuitus, qui mortis vitaeque esset Dominus.

Potest et alia addi causa quod hos propter discipulos adduxit, vt ad eorum imitationem excitarentur. Siquidem Moses linguae tardioris erat, Elias vero durior ac asperior: ambo etiam inopes erant, et aduersus tyrannos magna loquendi libertate vsi sunt, Moses quidem aduersus Pharaonem, Elias vero aduersus Achab: et a peruersis hominibus qui a se magnis affecti erant beneficiis, plurima passi sunt pericula, et nec sic destiterunt eos ad bonum semper dirigere. Vtque vehementius imitarentur Mosis quidem clementiam, Eliae vero zelum quem pro Deo gerebat: vtriusque autem administrationem, laborumque tolerantiam: millies namque quod in se erat pro Dei beneplacitis moriebantur, et pro populo sibi concredito, suasque perdendo animas inuenerunt eas.

Colloquebantur autem cum eo, ostendentes quod lex quae per Mosen data erat, ac sermo qui per prophetas de morte eius fuerat, conformiter cum illo praesignauerant: ille quidem in figuris victimarum, hic autem in diuersis vaticiniis.

Lucas vero dicit quod etiam hi in gloria siue splendore apparuerunt: vt discamus quod omnes qui secundum Deum vixerunt, diuinum induunt splendorem. Quid autem colloquebantur cum eo? Rursus hoc docuit Lucas, dicens quod dicebant excessum eius quem completurus erat Ierosolymis, excessum vocans ab hac vita exitum siue transitum.

Quae-

θανὼν ἦν· ἠλίας δὲ, ζῶν. καὶ ἵνα, βλέποντες αὐτὸν ὕϛερον οἱ μαθηταὶ ἀποθνήσκοντα, νοήσωσιν, ἑκούσιον τὸ τοιοῦτον πάθος, καὶ λογίσωνται, ὅτι οὐκ ἂν ἄκων ἀποθάνοι ὁ ζωῆς καὶ θανάτου κύριος.

Ἔϛι δὲ καὶ ἑτέραν εἰπεῖν αἰτίαν, ὅτι διὰ τοὺς μαθητὰς παρέϛησεν αὐτοὺς, ἵνα διαναϛῶσιν εἰς μίμησιν αὐτῶν. καὶ γὰρ μωϋσῆς μὲν, βραδύγλωσσος ἦν· ἠλίας δὲ, ἀγροικότερον διακείμενος· καὶ ἀκτήμονες ἀμφότεροι· καὶ ὅμως πρὸς τυράννους ἕκαϛος αὐτῶν ἐπαῤῥησιάσατο. μωϋσῆς μὲν, πρὸς τὸν Φαραώ· ἠλίας δὲ, πρὸς τὸν ἀχαάβ. καὶ ὑπὲρ ἀγνωμόνων ἀνθρώπων, καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν εὐεργετουμένων μυρία δεινὰ πεπόνθασι, καὶ οὐδ᾽ οὕτως ἀπέϛησαν τοῦ περιέπειν αὐτούς. καὶ ἵνα ἔτι μιμήσωνται μωϋσέως μὲν, τὴν ἀνεξικακίαν· ἠλιοῦ δὲ, τὸν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ζῆλον· ἀμφοτέρων δὲ, τὸ δημαγωγικὸν καὶ φερέπονον. μυριάκις γὰρ τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀπέθανον ὑπὲρ τῶν ἀρεσκόντων θεῷ, καὶ ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ ἐμπιϛευθέντος αὐτοῖς, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀπολέσαντες, εὗρον αὐτάς.

Συνελάλουν δὲ αὐτῷ, δεικνύντες, ὅτι καὶ ὁ διὰ μωϋσέως νόμος, καὶ ὁ διὰ τῶν προφητῶν λόγος, περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ συμφώνως αὐτῷ προανεφώνησαν· ὁ μὲν, ἐν τύποις τῶν [g]) θυσιῶν· ὁ δὲ, ἐν διαφόροις προῤῥήσεσι.

Λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι καὶ οὗτοι ἐν δόξῃ [i]) ὤφθησαν, εἶπουν, ἐν λαμπρότητι, ἵνα μάθωμεν, ὅτι πάντες, οἱ κατὰ θεὸν ζήσαντες, τῆς θείας μεταλαμβάνουσιν λαμπρότητος. τί δὲ συνελάλουν αὐτῷ, ἐδίδαξε πάλιν ὁ λουκᾶς. εἶπε γὰρ, ὅτι ἔλεγον [k]) τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν ἱερουσαλήμ. ἔξοδον ὀνομάσας, τὴν ἀπὸ τῆς ζωῆς ταύτης ἐξέλευσιν, καὶ μετάβασιν. i) Luc. 9, 31. k) Luc. 9, 31.

Τινὰ

g) παλαιῶν, addit. A.

Quaedam autem exemplaria non ἔξοδον, id est, Excessum sed δόξαν, id est, Gloriam habent: nam gloria quoque appellatur crux ipsa. Aliis siquidem omnibus probrum erat vtpote magnorum poena criminum: soli vero Christo gloria facta est, magni videlicet erga nos amoris praemium. Quis enim gratum habens animum, audiens quod qui omni dignus erat honore, huiusmodi pro nostra salute perpessus est ignominiam, non glorificabit illum?

Est et altera ratio iuxta quam dicitur, Crux gloria eius, quam suo referemus tempore.

Interim vero Moses et Elias dicebant excessum eius, et gloriam eius, hoc est loquebantur de exitu, vel de gloria eius, siue de cruce eius, quomodo crucifigendus erat.

Dignum est autem, vt inquiramus vnde discipuli post tam multos annos Mosen et Eliam agnouerunt. Neque enim apud Hebraeos erant imaginum tabulae. Dicimus ergo quod in libris quidam vetustiorum Hebraeorum species insignium virorum posteris reliquerant, quos legentes, inde eos agnoscebant. Verisimile quoque est, ex traditionibus viua voce traditis in memoria habitas fuisse illorum species aut figuras. Fortasse autem et ex diuina reuelatione illos agnouerunt.

† Aut etiam aliter: Iuxta Christum apparent Moses et Elias, significantes quod mysteria legalia ac

9) Intelligit Codices Chrysostomi, vt alibi. Vide Chrysost. T. VII. p. 567. A. bis. p. 584. D. Scilicet vsu receptum erat apud Patres Graecos, τὸν σταυρὸν τοῦ χριστοῦ, appellare τὴν δόξαν αὐτοῦ. Id vnus dixerat, fueratque deinde, vt alia huiusmodi, propagatum ad alios. Nititur autem haec inter-

Τινὰ δὲ τῶν βιβλίων[9]) οὐκ ἔξοδον, ἀλλὰ δόξαν γράφουσι. δόξα γὰρ καλεῖται, καὶ ὁ σταυρός. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν, ὄνειδος ἦν, ὡς μεγάλων ἐγκλημάτων ἐπιτίμιον· μόνῳ δὲ τῷ χριστῷ δόξα γέγονεν, ὡς μεγάλης ἀγάπης τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιτίμιον. τίς γὰρ εὐγνώμονα ψυχὴν ἔχων, ἀκούων τὸν ἐπέκεινα πάσης τιμῆς, τηλικαύτην ἀτιμίαν ὑποστάντα, διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, οὐ δοξάσει τοῦτον;

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος, καθ᾽ ὃν λέγεται δόξα αὐτοῦ, ὁ σταυρὸς, ὃν ἐροῦμεν[1]) ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι.

Τέως δὲ μωϋσῆς καὶ ἠλίας ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἢ τὴν δόξαν αὐτοῦ, τουτέστι, περὶ τῆς ἐξόδου αὐτοῦ, ἢ περὶ τῆς δόξης αὐτοῦ, εἴτουν, περὶ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, πῶς ἔμελλε σταυρωθῆναι.

Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, πόθεν οἱ μαθηταὶ μετὰ τοσαῦτα ἔτη τὸν μωϋσῆν καὶ τὸν ἠλίαν ἐγνώρισαν; οὐ γὰρ ἦσαν παρ᾽ ἑβραίοις εἰκόνων πίνακες. Φαμὲν οὖν, ὅτι ἐν βιβλίοις τινὲς τῶν παλαιοτέρων ἑβραίων τὰ εἴδη τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν τοῖς μεταγενεστέροις ἀπολελοίπασιν, ἅπερ ἀναγινώσκοντες, ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐγίνωσκον. εἰκὸς δὲ, καὶ ἐξ ἀγράφου παραδόσεως μνημονεύεσθαι τὰς ἰδέας αὐτῶν. ἴσως δὲ, καὶ ἐξ ἀποκαλύψεως θείας ἐπέγνωσαν αὐτούς.

[Ἢ[2]) καὶ ἄλλως· περὶ τὸν χριστὸν φαίνονται μωϋσῆς καὶ ἠλίας, δηλοῦντες, ὅτι τὰ μυστήρια τῆς

interpretatio loco Hebr. 2, 9. Hic autem facilis erat corruptio scribis parum attentis, quod ἔξοδος inter duplex δόξα legitur.

[1]) Nunc non recordor loci, vbi in his commentariis de re eadem dixerit. Forte ergo intelligit commentarium suum ad Hebr. 2, 9.

[2]) Inclusa exhibet in marg. B.

ac prophetalia in vnum intendunt Christum, et ea quae Christi sunt praesignant.

Vers. 4. *Respondens — Eliae.*

Quum Petrus vehementer praeceptorem amaret, nec vellet eum abire Ierosolyma, ne eo digressus pateretur, sicut praedixerat: palam quidem non audet eum prohibere, ne rursum increparetur: viso autem quod mons magnam haberet securitatem, vtpote insidiatoribus incognitus: simul autem Mosen et Eliam idoneos qui vlciscerentur. Nam ille plurimas gentes deuicerat, hic vero ignem super quinquagenarios de coelo detraxerat: consulit illi dicens: Bonum est, nos hic esse.

Cognito autem quod male loquutus fuisset ex propria mente statuens, addidit, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, et Mosi vnum, et Eliae vnum. Quid ais o Petre? Paulo ante naturalem hunc Dei filium confessus es, nunc autem cum seruis Dominum connumerans, etiam ab ipsis seruandum eum speras? Vide quomodo ante passionem imperfecti admodum erant discipuli. Simul autem Petrus duplam tunc mentis commotionem sustinebat: hinc quidem trepidans pro magistro, illinc vero a supernaturali illo aspectu turbatus est et confusus, taliaque loquebatur nesciens quid diceret, sicut dixit Lucas, hoc est quod inconsiderate loqueretur.

Marcus autem ait: Neque enim sciebat quid loquuturus esset, id est, non nouerat quid aliud melius loquuturus esset vel loqui posset. Deinde addidit et causam dicens, quod erant exterriti.

Lucas

τῆς τε νομικῆς, τῆς τε προφητικῆς πραγματείας, εἰς τὸν χριστὸν συνάγονται, καὶ τὰ περὶ αὐτὸν μηνύουσι.]

Verſ. 4. Ἀποκριθεὶς — ἠλίᾳ.

Σφόδρα φιλῶν ὁ πέτρος τὸν διδάσκαλον, καὶ μὴ θέλων, ἀπελθεῖν αὐτὸν εἰς ἱεροσόλυμα, ἵνα μὴ ἀπελθὼν ἐκεῖ πάθῃ, καθὼς προείρηκε, φανερῶς μὲν οὐ τολμᾷ κωλύσαι αὐτὸν, ἵνα μὴ πάλιν ἐπιτιμηθῇ· θεασάμενος δὲ τὸ ὄρος, πολλὴν ἔχον ἀσφάλειαν, ὡς ἀγνοούμενον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν· ἅμα δὲ καὶ μωϋσῆν καὶ ἠλίαν, ἱκανοὺς ἀμύνειν· ὁ μὲν γὰρ πολλὰ ἔθνη κατηγωνίσατο· ὁ δὲ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατήγαγεν ἐπὶ τοὺς πεντηκοντάρχους· συμβουλεύει μένειν ἐκεῖ.

Εἰπὼν δὲ, ὅτι καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, καὶ γνοὺς, ὅτι κακῶς εἶπεν, ὡς ἐξ οἰκείας γνώμης ἀποφηνάμενος, προσέθηκεν, ὅτι εἰ θέλεις ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς, σοὶ μίαν καὶ μωϋσεῖ μίαν καὶ μίαν ἠλίᾳ. τί λέγεις, ὦ πέτρε; πρὸ μικροῦ μὲν, γνήσιον υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦτον ὡμολόγησας· νῦν δὲ, μετὰ τῶν δούλων ἀριθμεῖς τὸν δεσπότην, καὶ ὑπὸ τούτων σωθῆναι αὐτὸν ἐλπίζεις. ὅρα, πῶς πρὸ τοῦ σταυροῦ σφόδρα ἀτελεῖς ἦσαν οἱ μαθηταί; ἅμα δὲ ὁ πέτρος καὶ διπλοῦν τηνικαῦτα σάλον τῆς ψυχῆς ὑφιστάμενος, τοῦτο μὲν, ἀπὸ τοῦ ἀγωνιᾷν ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου, τοῦτο δ', ἀπὸ τῆς ὑπερφυοῦς ὄψεως ἐκείνης, ἐταράχθη καὶ συνεχύθη, καὶ τοιαῦτα ἐφθέγγετο, μὴ εἰδὼς, ὃ λέγει, καθὼς εἶπε l) λουκᾶς, ὅ ἐστιν, ἀσύνετα λαλῶν. l) Luc. 9, 33.

Μάρκος δὲ φησιν, ὅτι m) οὐκ ᾔδει, τί λαλήσει, m) Marc. 9, 6. τουτέστιν, οὐκ ἐγίνωσκε, τί λαλήσει ἕτερον κρεῖττον. εἶτα προσέθηκε καὶ αἰτίαν, εἰπών· ὅτι n) n) Marc. 9, 6. ἦσαν ἔκφοβοι. λουκᾶς δὲ ἔγραψεν, ὅτι ἦσαν o) o) Luc. 9, 32. βεβα-

Lucas vero ſcripſit, quod erant ſomno grauati: Exterriti quidem viſa ſpecie plus quam humana: Grauabantur autem ſomno prae ſopore qui a ſplendore procedebat: neque enim nox erat ſed dies, ſplendoris tamen exceſſus obſcurabat illorum oculos, ac mentem aggrauabat, donec perfecte experrecti, ſicut dixit Lucas, ſiue ad ſe a tali ſopore et obtenebratione reuerſi, viderunt, quantum poſſibile erat, gloriam eius. Petrus itaque confuſam adhuc mentem habens, inconſiderata et incongrua loquebatur.

† Tria tabernacula intelligi poſſent tres ad ſalutem diſpoſitiones, videlicet operationis, contemplationis, et Theologiae. Operationis itaque typus fuit Elias fortis ac temperatus. Contemplationis Moſes legislator ac iuris dator. Theologiae vero Chriſtus, vtpote omnimode perfectus. Haec autem tabernacula ſunt, comparatione futurarum quietum incomparabiliter meliorum.

Verſ. 5. *Adhuc — nube.*

Nubes et vox, vt certiores redderentur Dei eſſe vocem: didicerant enim quod Deus in nube veheretur: Ponens inquit nubes aſcenſum ſuum: multaque huiusmodi frequenter habet ſcriptura. Conſidera vero quo pacto dum minatur, obſcuram ponit circa ſe nubem, vt ſuper Sina: nunc autem filium oſtendere volens, lucidam illam habet.

Verſ. 5. *Dicens: — complacitum eſt.*

Haec tertio etiam capite quum ſaluator baptizaretur dixit coelitus pater: ſed ibi propter circumſtan-

†) In margine habet B. quae hic incluſa ſunt.

βεβαρημένοι ὕπνῳ. ἐξεφοβήθησαν μὲν γὰρ, ἰδόντες εἶδος ὑπὲρ ἄνθρωπον· ἐβαρήθησαν δὲ ὕπνῳ, λέγω δὴ, κάρῳ, τῷ ἀπὸ τῆς λαμπηδόνος. καὶ γὰρ ȣ̓ νὺξ ἦν, ἀλλ' ἡμέρα· τὸ δὲ τῆς λαμπηδόνος ὑπερβάλλον ἐσκότισε μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν· ἐκάρωσε δὲ τὸν νοῦν, ἕως οὗ διαγρηγορήσαντες, p) ὡς ὁ λουκᾶς εἴρηκεν, εἴτουν, ἀνανήψαντες τȣ̃ τοιȣ́τȣ κάρȣ καὶ τῆς σκοτοδίνης, εἶδον, ὡς δυνατὸν, τὴν δόξαν αὐτοῦ. λοιπὸν δὲ ὁ πέτρος, ἔτι ἐντεῦθεν συγκεχυμένον ἔχων τὸν νοῦν, ἀσύνετα παρεφθέγγετο. p) Luc. 9, 32.

[Τρεῖς [3]) σκηναὶ νοηθεῖεν ἂν, αἱ τρεῖς ἕξεις τῆς σωτηρίας, ἤτε τῆς πράξεως, καὶ ἡ τῆς θεωρίας, καὶ ἡ τῆς θεολογίας. τῆς μὲν οὖν πράξεως τύπος, ὁ ἡλίας, ὡς ἀνδρεῖος καὶ σώφρων· τῆς δὲ θεωρίας, ὁ μωϋσῆς, ὡς νομοθέτης καὶ δικαιοδότης· τῆς δὲ θεολογίας, ὁ χριςὸς, ὡς ἐν παντὶ τέλειος. σκηναὶ δὲ αὗται, πρὸς σύγκρισιν τῶν μελλȣσῶν λήξεων, τῶν ἀσυγκρίτως κρειττόνων.]

Verſ. 5. Ἔτι — νεφέλης.

Νεφέλη καὶ φωνὴ, ἵνα βεβαιωθῶσιν, ὅτι φωνὴ τοῦ θεȣ̃ [4]) ἐςι. μεμαθηκότες γὰρ ἦσαν, ὅτι ὁ θεὸς ἐπὶ νεφέλης ὀχεῖται. ὁ τιθεὶς q) γὰρ, φησὶ, νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ. καὶ πολλὰ τοιαῦτα πολλαχοῦ τῆς γραφῆς. σκόπει δὲ, πῶς, ὅτε μὲν ἀπειλεῖ, σκοτεινὴν r) δείκνυσι νεφέλην περὶ ἑαυτὸν, ὡς ἐπὶ τοῦ σινᾶ· νῦν δὲ διδάξαι θέλων, φωτεινὴν αὐτὴν ἔχει. q) Pſ. 103, 3. r) Exod. 19, 16.

Verſ. 5. Λέγȣσα — εὐδόκησα.

Ταῦτα καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ, βαπτιζομένȣ τοῦ σωτῆρος, εἶπεν ȣ̓ρανόθεν ὁ πατὴρ, ἀλλ'

4) τȣ̃ θεȣ̃ ἐςὶν ἡ φωνή. A.

ſtantium multitudinem, hic autem maxime propter Petrum: ac ſi diceret vox patris: Quid times o Petre de Ieſu? hic eſt filius meus: nec ſimpliciter filius, vt hi qui per virtutem a me ſunt adoptati, ſed dilectus ſiue electus tanquam vnigenitus: nec id tantum, verum etiam in quo mihi complacitum eſt, hoc eſt in quo requieſco, in quo oblector, vt in vnanimi et aequali mihi: ne ergo illi timeas. Quantumcunque enim illum diligas, non adeo eum diligis vt ego. Triplex eſt namque apud me vis amoris erga illum. Siquidem tanquam filium illum diligo, et tanquam dilectum, et tanquam me recreantem mihique placentem. Reliquum eſt igitur, vt ſi huius non fidis potentiae, at meae fidas. Nemo enim adeo dilectum irrationabili cauſa deſtituit.

Verſ. 5. *Ipſum audite.*

Huic obedite: huic credite, ſi quid aut dixerit aut fecerit. Quodſi etiam crucifigi voluerit, nemo illi obſiſtat: vos enim ignoratis diſpenſationis ſuae myſterium. Nam quicquid ipſe et dicit et facit, mea voluntate et dicit et facit. Ipſum itaque audite, lege Moſaica, propheticisque ſacrorum initiationibus relictis: complementum ſiquidem legis ac prophetarum eſt Chriſtus: et iam omnia illa completa ſunt, vtpote quae vſque ad hunc ſolum protendebantur.

Verſ. 6. *Et — vehementer.*

Atqui prius etiam in Iordane vox facta eſt huiusmodi: et poſt haec rurſum quando tonitru dicebant

5) φιλεῖς. A.

ἐκεῖ μὲν, διὰ τὸν περιεστῶτα ὄχλον· ἐνταῦθα δὲ μάλιστα, διὰ τὸν πέτρον, ὡσανεὶ λεγούσης τῆς φωνῆς τοῦ πατρὸς, τί δέδοικας, ὦ πέτρε, περὶ τοῦ ἰησοῦ; οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, καὶ οὐχ ἁπλῶς υἱὸς, ὡς οἱ δι' ἀρετῆς υἱοποιούμενοί μοι, ἀλλ' ὁ ἀγαπητὸς, ἤγουν, ὁ ἐξαίρετος, ὡς μονογενής· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ', ἐν ᾧ ηὐδόκησα, τουτέστιν, ᾧ ἐπαναπαύομαι, ἐφ' ᾧ ἀρέσκομαι, ὡς ὁμογνώμονι καὶ ἴσῳ ἐμοί. μὴ τοίνυν φοβοῦ περὶ αὐτοῦ. ὅσα γὰρ ἂν φιλῇς,[5]) οὐ τοσοῦτον φιλεῖς αὐτὸν, ὅσον ἐγώ. τριπλοῦν γὰρ παρ' ἐμοῦ[6]) τὸ περὶ αὐτὸν φίλτρον. φιλῶ γὰρ ὡς υἱόν μου, καὶ ὡς ἀγαπητὸν, καὶ ὡς ἀναπαύοντα καὶ ἀρέσκοντά μοι. λοιπὸν οὖν, εἰ μὴ τῇ δυνάμει τούτου θαῤῥεῖς· ἀλλά γε τῇ ἐμῇ θάῤῥησον. οὐδεὶς γὰρ τὸν οὕτω φιλούμενον προΐεται ἀλογίστως

Verſ. 5. Αὐτοῦ ἀκούετε.

Τούτῳ πείθεσθε, τούτῳ πιστεύετε, εἴ τι ἂν καὶ λέγῃ καὶ ποιῇ. καὶ εἰ σταυρωθῆναι βουληθῇ, μηδεὶς ἀντιπέσῃ. ὑμεῖς μὲν γὰρ οὐκ οἴδατε τὸ τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ μυστήριον· αὐτὸς δὲ πᾶν, ὃ λέγει καὶ ποιεῖ, κατὰ γνώμην ἐμὴν καὶ λέγει καὶ ποιεῖ. λοιπὸν οὖν αὐτοῦ ἀκούετε, τὸν μωσαϊκὸν νόμον καὶ τὰς προφητικὰς μυσταγωγίας ἀφέντες. πλήρωμα γὰρ νόμου καὶ προφητῶν, ὁ χριστός· καὶ λοιπὸν ἐκεῖνα πάντα συνετελέσθησαν, ἄχρι τούτου μόνον ἐκτεινόμενα.

Verſ. 6. Καὶ — σφόδρα.

Καὶ μὴν, καὶ πρότερον ἐπὶ τοῦ ἰορδάνου φωνὴ γέγονε τοιαύτη, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν, ὅτε καὶ [s]) βρον-

s) Io. 12, 29.

[6]) παρ' ἐμοὶ videtur legiſſe Hentenius.

bant factum esse: et nullus quicquam tale passus est: quomodo ergo nunc hi prociderunt in faciem suam? Quia altitudo magna erat, profundaque solitudo ac multum silentium. Praeterea transformatio facta est horroris plena, et lux immortalis eluxit, ac subito desuper circumposita nube, voceque super eos delapsa, merito perculsi sunt et exterriti.

Potest quoque et aliter dici quod prociderunt in faciem suam, hoc est adorauerunt.

Vers. 7. *Et — nolite timere.*

Miseratus est imbecillitatem eorum, et cito soluit timorem.

Vers. 8. *Eleuatis — solum.*

Vt certiores redderentur quod de ipso facta esset vox, solus iam illis videtur.

Vers. 9. *Et — resurgat.*

Quanto enim maiora de eo dixissent, tanto difficilius credibilia viderentur. Iubet ergo visionem hanc ab illis occultari, quia futurum erat, vt neque ipsi persuadere possent: et Iudaei magis exasperarentur.

Vers. 10. *Et — primum?*

De diuinitate eius iam ad plenum edocti, et a Petri confessione, et a transformatione, et a coelesti voce, interrogant: Quum tu sis Christus, quare scribae dicunt quod Eliam oporteat venire ante

7) loco προσεκύνησαν, habet ἐφοβήθησαν. B.

βροντὴν ἔλεγον γεγονέναι, καὶ ἐδεὶς οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθε. πῶς οὖν οὗτοι νῦν ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν; διότι καὶ ὕψος ἦν μέγα, καὶ ἐρημία βαθεῖα, καὶ ἡσυχία πολλὴ, καὶ μεταμόρφωσις γέγονε φρίκης γέμεσα, καὶ φῶς ἐξέλαμψεν ἀκήρατον, καὶ λοιπὸν, τῆς νεφέλης περιταθείσης ἄνωθεν, καὶ ἐπικαταῤῥαγείσης τῆς φωνῆς, εἰκότως περιετράπησάν τε καὶ ἐφοβήθησαν.

Ἔςι δὲ καὶ ἑτέρως εἰπεῖν τὸ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ, [7]) προσεκύνησαν.

Verſ. 7. Καὶ — μὴ φοβεῖσθε.

Ἤλέησε τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, καὶ ταχέως λύει τὸν φόβον.

Verſ. 8. Ἐπάραντες — μόνον.

Ἵνα πληροφορηθῶσιν, ὅτι περὶ αὐτε̃ γέγονεν ἡ φωνὴ, μόνος λοιπὸν ὁρᾶται αὐτοῖς.

Verſ. 9. Καὶ — ἀναςῇ.

Ὅσον γὰρ μείζονα ἐλέγοντο περὶ αὐτε̃, τοσοῦτον δυσπαραδεκτότερα ἐδόκουν. κελεύει οὖν κρύπτειν παρ᾽ ἑαυτοῖς τὸ θαῦμα τοῦτο, διότι αὐτοί τε οὐκ ἔμελλον πιςευθῆναι, καὶ οἱ Ἰεδαῖοι μᾶλλον ἂν ἠγριώθησαν.

Verſ. 10. Καὶ — πρῶτον;

Περὶ τῆς θεότητος αὐτε̃ μαθόντες ἀκριβέςερον, ἀπό τε τῆς ὁμολογίας πέτρου, ἀπό τε τῆς μεταμορφώσεως, καὶ ἀπὸ τῆς ἄνωθεν φωνῆς, ἐρωτῶσιν, ὅτι ἐπειδὴ σὺ εἶ ὁ χριςὸς, διατί οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι ἠλίαν χρὴ ἐλθεῖν πρὸ τοῦ

 χρι-

ante Chriſtum? quomodo non venit hic ante te? Hoc itaque interrogauerunt diſcipuli.

Scire autem oportet, quod ſcripturae duos Chriſti aduentus dicunt, eum videlicet qui factus eſt et futurum. De vtroque docuit Paulus: de priori quidem, Apparuit inquit gratia Dei ſalutaris. De poſteriori vero: Expectantes beatam ſpem et apparitionem magni Dei, et ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Et prioris quidem factus eſt Ioannes praecurſor: poſterioris vero fiet praecurſor Elias, de quo dicit propheta Malachias: Mittam vobis Eliam Thesbiten, qui reſtituet cor patris ad filium, hoc eſt qui conuertet corda Iudaeorum, qui tunc ſuperfuerint, ad Apoſtolos, vt obediant doctrinis eorum, credantque Chriſto. Patres enim Apoſtolorum erant Iudaei.

Sed ſcribae duos Chriſti aduentus in vnum confundentes, et poſteriorem in priorem contrahentes, de ſolo poſteriori docebant populum: et propterea Chriſtum non ſuſcipiebant dicentes, quod Eliam oportet venire primum, et mox Chriſtum. Sed nunc Chriſtus de duobus aperte docet. Aduerte ergo.

Verſ. 11. *Ieſus autem — v. 12. cognouerunt eum.*

Elias quidem prior ſiue Thesbites nondum venit: veniet autem circa ſecundum meum aduentum: et reſtituet omnem qui ei crediderit: hoc eſt conuertet cor patris ad filium, vt ait propheta Malachias.

*) Vt ergo Chryſoſt. Tom. VII. p. 575. D. omittit τῆς δόξης, ita quoque Euthymius, neglectis Codicibus N. Teſt.

χριςοῦ; πῶς οὖν οὐκ ἦλθεν οὗτος πρὸ σοῦ; τῦτο μὲν οὖν ἠρώτησαν οἱ μαθηταί.

Προσήκει δὲ γινώσκειν, ὅτι αἱ γραφαὶ δύο παρȣσίας τοῦ χριςοῦ λέγουσι, τήν τε γεγενημένην καὶ τὴν μέλλȣσαν. περὶ ὧν ἀμφοτέρων καὶ ὁ παῦλος ἐδίδαξε λέγων· περὶ μὲν τῆς πρώτης· ἐπεφάνη[t]) ἡ χάρις τοῦ θεȣ̃ ἡ σωτήριος· περὶ δὲ τῆς δευτέρας·[v]) προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν[8]) τȣ̃ μεγάλȣ θεȣ̃ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησȣ̃ χριςοῦ. t) Tit. 2, 11. v) Tit. 2, 13.

Καὶ τῆς μὲν πρώτης γέγονε πρόδρομος, ὁ ἰωάννης· τῆς δευτέρας δὲ γενήσεται πρόδρομος, ὁ ἠλίας. περὶ ἧς φησὶ μαλαχίας ὁ προφήτης, ἀποςελῶ[x]) ὑμῖν ἠλίαν τὸν θεσβίτην, ὃς ἀποκαταςήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν, τουτέςιν, ὃς ἐπιςρέψει[9]) τὰς καρδίας τῶν τηνικαῦτα ἰȣδαίων πρὸς τοὺς ἀποςόλȣς, ὥςε πεισθῆναι ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν, καὶ πιςεῦσαι τῷ χριςῷ. πατέρες γὰρ τῶν ἀποςόλων, οἱ ἰȣδαῖοι. x) Mal. 4, 4. 5.

Ἀλλ' οἱ γραμματεῖς τὰς δύο τȣ̃ χριςοῦ παρȣσίας εἰς μίαν συγχέοντες, καὶ τὴν πρώτην εἰς τὴν δευτέραν συνάγοντες, περὶ τῆς δευτέρας μόνης ἐδίδασκον τὸν λαόν. καὶ διὰ τοῦτο τὸν χριςὸν οὐκ ἐδέχοντο, λέγοντες· ὅτι τὸν ἠλίαν χρὴ ἐλθεῖν πρῶτον, εἶτα τὸν χριςόν. ἀλλὰ νῦν ὁ χριςὸς διδάσκει περὶ τῶν δύο σαφῶς. πρόσχες γάρ·

Verſ. 11. Ὁ δὲ ἰησοῦς — v. 12. ἐπέγνωσαν αὐτόν.

Ἠλίας μὲν ὁ πρῶτος, ἤγȣν, ὁ θεσβίτης, ἔπω ἦλθεν· ἔρχεται δὲ, κατὰ τὴν δευτέραν μȣ παρȣσίαν, καὶ ἀποκαταςήσει πάντα τὸν πειθόμενον αὐτῷ, τȣτέςιν, ἐπιςρέψει καρδίαν πατρὸς

9) Vti explicat Luc. 1, 17.

chias. Dico autem vobis quod Elias ſecundus ſiue Baptiſta iam venit circa primum meum aduentum, vt dicunt ſcripturae: et non cognouerunt ſcribae quod etiam hic eſſet Elias tanquam praecurſor. Non cognouerunt autem eum vtpote male intelligentes ſcripturas.

Verſ. 12. *Sed — voluerunt.*

Herodes videlicet: multa enim in eum fecit, in carcerem illum iniiciens: deinde amputatum caput deferri iubens in lance.

Verſ. 12. *Ita — ab eis.*

Ita quoque: non cognitus ſcilicet quod ſit Chriſtus: Non cognitus autem propter prauam mentem ipſorum. Sed quonam modo fiet, vt quum praeſentes Hebraei Chriſto non crediderint, qui tunc erunt, credant Eliae? Quia agnoſcunt eum, ſciuntque de illo praedixiſſe Malachiam. Simul etiam tam longum tempus quod in medio intercidet, tantaque virtus praedicationis, emollient duritiem cordis eorum.

Verſ. 13. *Tunc — eis.*

Nam viceſimo quoque capite praedixerat eis, quod ille ſit Elias qui venturus eſſe dicitur.

Cap.

πρὸς υἱὸν, ὡς ὁ προφήτης μαλαχίας φησί. λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ἠλίας ὁ δεύτερος, εἴτουν, ὁ βαπτιστὴς, ἤδη ἦλθε κατὰ τὴν πρώτην μου ταύτην παρουσίαν, ὡς αἱ γραφαί φασι. καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν οἱ γραμματεῖς, ὅτι καὶ οὗτος ἠλίας ἐστὶν, οἷα πρόδρομος· οὐκ ἐπέγνωσαν δὲ αὐτὸν, ὡς κακῶς νοοῦντες τὰς γραφάς.

Verſ. 12. Ἀλλ' — ἠθέλησαν.

Οἱ περὶ τὸν ἡρώδην δηλονότι. πολλὰ γὰρ εἰς αὐτὸν ἐποίησαν, ἐμβαλόντες εἰς φυλακὴν, ἀποκεφαλίσαντες, ἐνεγκόντες τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐπὶ πίνακος.

Verſ. 12. Οὕτως — ὑπ' αὐτῶν.

Οὕτω καὶ αὐτὸς, ἀγνοούμενος, ὅτι ὁ χριστός ἐστιν· ἀγνοούμενος δὲ, διὰ τὴν κακόνοιαν αὐτῶν. ἀλλὰ πῶς, τῶν νῦν ἑβραίων μὴ πιστευσάντων τῷ χριστῷ, οἱ τότε τῷ ἠλίᾳ πεισθήσονται; διότι γνωρίζουσιν αὐτὸν, καὶ γινώσκουσιν, ὃ περὶ αὐτοῦ προεῖπεν ὁ μαλαχίας· ἅμα δὲ καὶ ὁ τοσοῦτος ἐν τῷ μέσῳ χρόνος, καὶ ἡ τηλικαύτη τοῦ κηρύγματος δύναμις, μαλάξουσι τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν.

Verſ. 13. Τότε — αὐτοῖς.

Προεῖπε γὰρ αὐτοῖς καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ κεφαλαίῳ, ὅτι y) αὐτός ἐστιν ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. y) Matt. 11, 14.

Cap. XXXV. De Lunatico.

Verſ. 14. *Et — v. 15. affligitur.*

De lunatico praedictum quidem eſt modo naturaliori inſiſtendo, quarto capite: dicetur autem et nunc perfectius, quod daemonum quidam ſecedentes, aduerſus quosdam homines tempus certum lunae obſeruabant: et tunc inſultum in illos faciebant, vt dum luna mali cauſa videretur, eius creator calumniae exponeretur.

Verſ. 15. *Frequenter — aquam.*

Itaque ſi non etiam tunc Dei virtus daemonem cohibuiſſet, iamdudum eum perdidiſſet. Marcus autem dicit, quod daemonium, quod in eo erat, mutum erat ac ſurdum: non quod natura eſſet huiusmodi, ſed quia daemoniaci vocem ligauerat et auditum.

Verſ. 16. *Et — curare.*

Non potuerunt propter offerentis incredulitatem. Licet enim eum adduxerat, non tamen indubitanter credebat, quod daemonem fugare poſſent. Hoc autem et ex eo manifeſtum eſt, quod dixit Chriſtus, O generatio incredula: et rurſus ab eo quod dixit adducens, ſi quid potes adiuua nos: et ex eo quod interrogauit Chriſtus, ſi potes credere: et iterum ab eo quod ipſe reſpondit, Credo Domine auxiliare incredulitati meae. Nam haec latius ſcripſit Marcus.

Verſ. 17.

[1]) παραχωρεῖν nunc non eſt *ſecedere*, ſed *erumpere in*, *contra*. Chryſoſt. T. VII. p. 579. E. habet ἐπιτίθεσθαι. Forte tamen quis maluerit προχωρούμενοι.

Κεφ. ΛΕ. Περὶ τοῦ σεληνιαζομένου.

Verſ. 14. Καὶ — v. 15. πάσχει.

Περὶ τοῦ σεληνιασμοῦ προείρηται μὲν καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ φυσιολογικώτερον· ῥηθήσεται δὲ καὶ νῦν ἀκριβέστερον, ὅτι τῶν δαιμόνων τινὲς παραχωρούμενοι [1]) κατά τινων ἀνθρώπων, ἐπετήρουν καιρόν τινα τῆς σελήνης, καὶ τότε τούτοις ἐπεπήδων, ἵνα, ὡς τῆς σελήνης αἰτίας δοκούσης, ὁ δημιουργὸς αὐτῆς διαβάλληται.

Verſ. 15. Πολλάκις — ὕδωρ.

Ὥστε, εἰ μὴ καὶ τότε ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις τὸν δαίμονα ἀνεχαίτιζε, πάλαι ἂν αὐτὸν διέφθειρε. μάρκος δέ φησιν, ὅτι τὸ ἐν αὐτῷ δαιμόνιον ἄλαλον [z]) ἦν καὶ κωφόν. οὐχ ὡς φύσει τοιοῦτον, ἀλλ' ὡς δεσμῆσαι τὴν τοῦ δαιμονιζομένου φωνὴν καὶ ἀκοήν. z) Marc. 9, 17. 25.

Verſ. 16. Καὶ — θεραπεῦσαι.

Οὐκ ἠδυνήθησαν, διὰ τὴν ἀπιστίαν τοῦ προσαγαγόντος. εἰ γὰρ καὶ προσήγαγεν αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἐπίστευσεν [2]) ἀδιστάκτως, ὅτι δύνανται τὸν δαίμονα φυγαδεῦσαι. τοῦτο δὲ φανερὸν, ἀπό τε τοῦ εἰπεῖν τὸν χριστὸν, ὦ γενεὰ ἄπιστος· ἀπό τε τοῦ εἰπεῖν αὖθις τὸν προσαγαγόντα, εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν· καὶ ἀπὸ τοῦ ἐρωτῆσαι τὸν χριστὸν, εἰ δύναται πιστεῦσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀποκριθῆναι αὐτὸν, πιστεύω κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ. ταῦτα γὰρ πλατύτερον ὁ μάρκος ἱστόρησεν.

Verſ. 17.

[2]) ἐπίστευον. A.

Verſ. 17. *Reſpondens — diſtorta.*

Generalius increpat propter Iudaeos quosdam ſimiliter incredulos, licet innumera huiusmodi conſpexiſſent, non per ipſum tantum, ſed et per diſcipulos facta miracula. Diſtorta autem, id eſt tortuoſa, non recte intelligens.

Verſ. 17. *Quousque — vos?*

Indignatur, et mortem quaerit, eo quod eſſent ipſi infidelitate immedicabiles.

Verſ. 17. *Afferte — huc.*

Ne ipſe quoque impotens videatur, eiicit daemonium. Iubet autem adduci daemoniacum, vt manifeſta fiat ſua potentia, his qui etiam ipſum impotentem eſſe putabant.

Verſ. 18. *Et — Ieſus.*

Hoc eſt praecepit. Marcus autem et Lucas dicunt, quod imperauit ſpiritui immundo. Siquidem vtrique imperauit: daemoniaco quidem vt reſipiſceret, daemoni vero vt fugeret: Hic enim verbum ἐπετίμησε idem ſignificat quod praecepit.

Verſ. 18. *Et — illa.*

Haec certe manifeſta ſunt. Verum a daemone quoque muto et ſurdo poſſidetur, quisquis non loquitur neque audit diuinos ſermones. Hunc autem proiicit daemonium: interdum quidem in ignem irae et concupiſcentiae, interdum vero in aquam commotionis aliarum affectionum.

Verſ. 19.

Verſ. 17. Ἀποκριθεὶς — διεστραμμένη.

Καθολικώτερον ἐπιπλήττει, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἰουδαίων ὁμοίως ἀπιστεῖν, καίτοι μυρία τοιαῦτα θεασαμένους, οὐ δι᾽ αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν μαθητῶν θαυματουργηθέντα. διεστραμμένη δὲ, ἀντὶ τοῦ, σκολιὰ, μὴ νοοῦσα τὸ εὐθές.

Verſ. 17. Ἕως — ὑμῶν;

Ἀγανακτεῖ, καὶ ζητεῖ τὸν θάνατον,[3]) διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀνιάτους τὴν ἀπιστίαν.

Verſ. 17. Φέρετε — ὧδε.

Ἵνα μὴ δόξῃ καὶ αὐτὸς ἀσθενὴς, ἐκβάλλει τὸ δαιμόνιον· ἀγαγεῖν δὲ τὸν δαιμονῶντα κελεύει, ἵνα φανερὰ ἡ δύναμις αὐτοῦ γένηται τοῖς ἀσθενεῖν καὶ αὐτὸν οἰομένοις.

Verſ. 18. Καὶ — ἰησοῦς.

Ἐπέταξε. μάρκος δὲ καὶ λουκᾶς φασὶν, ὅτι ἐπετίμησε[a]) τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ. καὶ ἀμφοτέροις γὰρ ἐπέταξε, τῷ δαιμονιζομένῳ μὲν, σωφρονεῖν· τῷ δαίμονι δὲ, φυγεῖν.

a) Marc. 9, 25. Luc. 9, 42.

Verſ. 18. Καὶ — ἐκείνης.

Ταῦτα μὲν σαφῆ. δαίμονι δὲ ἀλάλῳ καὶ κωφῷ κατέχεται, καὶ πᾶς ὁ μήτε λέγων, μήτε ἀκούων τὰ θεῖα λόγια. ῥίπτει δὲ τοῦτον ὁ δαίμων, ποτὲ μὲν, εἰς τὸ πῦρ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας, ποτὲ δὲ, εἰς τὸ ὕδωρ τῆς ζάλης τῶν ἄλλων παθῶν.

Verſ. 19.

3) καὶ, ante διὰ, addit. A.

Verſ. 19. *Tunc — v. 20. veſtram.*

Marcus vero dixit, quod quum ipſe domum ingreſſus eſſet interrogauerunt. Interrogant autem, timentes ne forte perdiderint, quam acceperant virtutem, aduerſus ſpiritus immundos. Verum Chriſtus coram multitudine incredulitatem offerentis pro cauſa reddit: ſeorſim vero diſcipulorum cauſatur incredulitatem. Etenim hi etiam priusquam aggrederentur, diffidebant, ſe poſſe laborantem curare, quum tamen alios multos curaſſent: et ita quum conarentur, non potuerunt. Optime ergo coram multis multorum incredulitatem reprehendit: ſemotis autem arbitris ſuorum diffidentiam. Neque enim aequum erat, vt coram multis confunderet communes orbis praeceptores.

Verſ. 20. *Amen — tranſibit.*

Fidem nunc dicit, non de hoc quod ipſe ſit Deus, ſed ad facienda ſigna. Dicit enim: Si habeatis fidem adeo acrem et vehementem ac feruentem ſicut granum ſinapis: illud enim talis eſt qualitatis: credentes ſine vlla trepidatione quod facturi eſtis ſigna: tantam habebitis virtutem, vt ipſos etiam montes transferatis, ſi volueritis.

Tantam autem fidem aliquem habere, videtur quidem facile, eſt tamen etiam excelſum valde. Naſcitur ſiquidem ex libertate ad Deum: rurſum talis libertas eſt ex mente placide compoſita. Eſt autem magni certaminis ex placabilitate acquirere talem erga Deum libertatem, vt credat illum daturum quicquid poſtulabitur. Petite, inquit, et dabitur vobis.

Quod-

Verſ. 19. Τότε — v. 20. ὑμῶν.

Μάρκος δέ φησιν, ὅτι [b]) εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, ἐπηρώτησαν. ἐρωτῶσι δὲ, φοβούμενοι, μήποτε ἀπώλεσαν, ἣν ἔλαβον, ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων· ὁ δὲ χριστὸς ἐνώπιον μὲν τοῦ πλήθους τῇ ἀπιστίᾳ τοῦ προσενεγκόντος τὴν αἰτίαν ἐλογίσατο· κατ᾽ ἰδίαν δὲ, τὴν τῶν μαθητῶν ἀπιστίαν αἰτιᾶται. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, πρὸ τῆς ἐπιχειρήσεως ἀπιστήσαντες, ὅτι δύνανται τὸν κάμνοντα θεραπεῦσαι· καίτοι πολλοὺς ἄλλους θεραπεύσαντες· λοιπὸν οὐδὲ μετὰ τὴν ἐπιχείρησιν ἠδυνήθησαν. ἄριστα τοίνυν ἐνώπιον μὲν πολλῶν, τὴν τῶν πολλῶν ἀπιστίαν διέσυρε· κατιδίαν δὲ, τὴν τῶν ἰδίων. οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς, ἐπὶ πολλῶν καταισχύνεσθαι τοὺς κοινοὺς διδασκάλους τῆς οἰκουμένης. b) Marc. 9, 28.

Verſ. 20. Ἀμὴν — μεταβήσεται.

Πίστιν λέγει νῦν, οὐ τὴν περὶ τοῦ εἶναι αὐτὸν θεόν· ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ ποιεῖν σημεῖα. φησὶ γὰρ, ἐὰν ἔχητε πίστιν οὕτω δριμεῖαν καὶ σφοδρὰν καὶ θερμὴν, ὡς κόκκον συνάπεως· τοιαύτης γὰρ ποιότητος οὗτος· πιστεύοντες ἀνενδοιάστως, ὅτι ποιήσετε σημεῖα· τηλικαύτην ἕξετε δύναμιν, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ ὄρη μεθιστᾶν, εἰ βούλεσθε.

Τὸ δὲ τοιαύτην πίστιν ἔχειν τινὰ, δοκεῖ μὲν εὐχερές· ἔστι δὲ καὶ λίαν ὑψηλόν. γεννᾶται μὲν γὰρ ἐκ παῤῥησίας τῆς πρὸς τὸν θεόν· ἡ δὲ τοιαύτη παῤῥησία πάλιν ἐξ εὐαρεστήσεως· μεγάλου [4]) δὲ ἀγῶνος, τὸ δι᾽ εὐαρεστήσεως κτήσασθαι παῤῥησίαν πρὸς τὸν θεὸν τοιαύτην, ὥστε πιστεύειν βεβαίως, ὅτι δώσει πᾶν τὸ αἰτούμενον. αἰτεῖτε [c]) γὰρ, φησι, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. c) Matth. 7, 7.

Ἐι

4) μεγάλη. B.

Quodsi palam non fecerunt transmigrare montes Apostoli, ne mireris: non enim hoc ideo fuit quod non possent, sed quia noluerunt, vtpote huiusmodi necessitate aut vtilitate sese illis non offerente: post hos namque sancti alii Apostolis longe inferiores vrgente necessitate montes demigrare fecerunt, iuxta dominicam sententiam. Potest quoque mons dici diabolus propter opinionis suae elationem, quem facile sancti a sua sede commouent, quando volunt.

Vers. 20. *Et — vobis.*

Non solum, inquit, montes transferetis, imo nihil etiam aliud impossibile erit vobis.

Vers. 21. *Hoc — ieiunium.*

Genus daemonum omnium non alio modo egreditur, nisi per orationem et ieiunium: non solum eius qui sanat, sed eius etiam qui patitur. Oratio siquidem daemoni admodum terribilis est. Hanc autem fortiorem reddit, et valde potentem efficit ieiunium, non sinens corporis satietatem remittere firmitatem, aut fumos qui ab ea ascendunt turbare cerebrum, mentemque confundere: itaque corpore firmo, menteque sine distractione operante, vehementius igne, omnique re terribilius ascendit oratio: ideo has semper coniunctas esse oportet.

Vers. 22. *Quum autem versarentur — v. 23. vehementer.*

Discipulis de sui occisione frequenter praedicit: vt praeexercitati monitionis frequentia, facile ferant

quum

Ἐι δὲ μὴ μετέθηκαν ὄρη φανερῶς οἱ ἀπόστολοι, μὴ θαυμάσῃς. ἐ γὰρ ὡς μὴ δυνηθέντες, ἀλλ' ὡς μὴ βεληθέντες, ἅτε μὴ χρείας τοιαύτης γενομένης αὐτοῖς. μετὰ τέτες γάρ τινες ἅγιοι, τέτων ἐλάττες πολλῷ, χρείας ἐπιτεθείσης, μετέστησαν ὄρη κατὰ τὴν δεσποτικὴν ἀπόφασιν. εἴη δ' ἂν ὄρος καὶ ὁ διάβολος, διὰ τὴν ἔπαρσιν τῆς οἰήσεως, ὃν εὐχερῶς οἱ ἅγιοι μετακινᾶσιν, ὅτε καὶ βέλονται.

Verſ. 20. Καὶ — ὑμῖν.

Οὐ μόνον ὄρη μεταστήσετέ, φησιν, ἀλλὰ καὶ ἐδὲν ἕτερον ἀδύνατον ἔςαι ὑμῖν.

Verſ. 21. Τοῦτο — νηςεία.

Τὸ γένος τῶν δαιμόνων πάντων, οὐκ ἐκπορεύεται ἑτέρως, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηςεία, ἐ μόνον τε θεραπεύοντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάσχοντος, καὶ μᾶλλον τε πάσχοντος. ἡ μὲν γὰρ προσευχή, σφόδρα φοβερὰ τῷ δαίμονι· ταύτην δὲ κρατύνει καὶ δυναμοῖ λίαν ἡ νηςεία, μὴ ἐῶσα, τὴν πλησμονὴν χαλᾶν τὸν τόνον τε σώματος, μηδὲ τοὺς ἐκ ταύτης ἀτμὲς ἐνοχλεῖν τῷ ἐγκεφάλῳ, καὶ συγχέειν τὸν νοῦν· καὶ λοιπὸν, τε σώματος μὲν εὐτονοῦντος, τε νοῦ δὲ ἀπεριςπάςως ἐνεργᾶντος, σφοδροτέρα πυρὸς καὶ φοβερωτέρα παντὸς ἄνεσιν ἡ προσευχή· διὸ χρὴ συνεζεῦχθαι ταύτας ἀεί.

Verſ. 22. Ἀναςρεφομένων — v. 23. σφόδρα.

Συνεχῶς προλέγει περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ τοῖς μαθηταῖς, ἵνα προγυμνασθέντες τῇ συνεχείᾳ

quum acciderit: et vt vno verbo dicam propter causam, quam tricesimotertio capite tradidimus. Vide ergo quomodo licet ibi Petrus fuerit increpatus, et postmodum iusserit pater vt eum audirent, ipse quoque resurrectionem post tres dies promiserit: nec sic tamen ferre potuerunt, sed contristati sunt: et non vtcunque sed vehementer.

Hoc autem factum est, eo quod ignorarent virtutem eorum quae dicebantur, sicut Marcus et Lucas dixerunt. Nam ille dixit quod ignorabant verbum, et timebant eum interrogare. Hic autem, Et erat absconditum ab eis vt non intelligerent illud. Diuina autem dispensatione occultabatur ab illis verbi cognitio tanquam ab imperfectis, et qui necdum poterant ad supernaturale eius penetrare mysterium.

Verum si illud ignorabant, quomodo contristati sunt vehementer? Non penitus ignorabant, sed de morte eius intelligebant, quum de ea saepius audissent, et de hac contristati sunt vehementer: de resurrectione vero ignorabant, de qua etiam saepius audierant, nec tamen poterant intelligere quid ea essent. Dicit enim Marcus inter alia, quod conquirebant inter se quid esset, A mortuis resurgere. Suspicabantur namque hanc etiam quandam esse parabolam. Siquidem post resurrectionem aperuit mentem illorum, vt intelligerent scripturas de omnibus.

Cap. XXXVI. De exigentibus didrachma.

Vers. 24. *Et quum venissent v. 25. etiam.*

Primogeniti omnes Hebraeorum singulis annis didrachma pendebant Deo in gratiarum actionem: eo

5) ἐγίνετο. A.

τῆς ὑπομνήσεως, εὐχερῶς αὐτὴν φέροιεν γινομένην. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, διὰ τὴν αἰτίαν, ἣν παραδεδώκαμεν ἐν τῷ τριακοςῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ. ὅρα γοῦν, πῶς, καὶ τοῦ πέτρȣ ἐπιτιμηθέντος ἐκεῖ, καὶ τοῦ πατρὸς μετὰ τοῦτο κελεύσαντος, αὐτȣ̃ ἀκȣ́ειν, καὶ τῆς ἀναςάσεως μετὰ τρεῖς ἡμέρας ὑποσχεθείσης, ȣ̓δ' ȣ̃τως ἤνεγκαν, ἀλλ' ἐλυπήθησαν, καὶ ȣ̓δὲ ἁπλῶς, ἀλλὰ σφόδρα.

Τȣ̃το δ' ἐγένετο, [5]) διὰ τὸ ἀγνοεῖν αὐτοὺς τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν, ὡς μάρκος καὶ λȣκᾶς εἶπον. εἴρηκε γὰρ ὁ μὲν, ὅτι [d]) ἠγνόουν τὸ ῥῆμα, d) Marc. 9, 32.
καὶ ἐφοβȣ̃ντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι· ὁ δὲ, ὅτι καὶ [e]) e) Luc. 9, 45.
ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. κατὰ θείαν γὰρ οἰκονομίαν ἀπεκρύπτετο ἡ γνῶσις τοῦ ῥήματος ἀπ' αὐτῶν, ὡς ἀτελῶν ἔτι, καὶ μὴ δυναμένων ἐφικέσθαι τȣ̃ ὑπερφυοῦς τȣ́τȣ μυςηρίȣ.

Καὶ ἐὰν ἠγνόουν αὐτὸ, πῶς ἐλυπήθησαν σφόδρα; ȣ̓ τὸ πᾶν ἠγνόȣν, ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐγίνωσκον, διαφόρως ἀκȣ́σαντες, ἐφ' ᾧ καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα· περὶ δὲ τῆς ἀναςάσεως ἠγνόουν. πολλάκις γὰρ καὶ περὶ ταύτης ἀκούσαντες, ὅμως οὐκ ἠδύναντο νοεῖν, τί ἐςιν αὕτη. φησὶ γὰρ ὁ μάρκος ἐν ἄλλοις, ὅτι ἦσαν [f]) f) Marc. 9, 10.
συζητοῦντες, τί ἐςι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναςῆναι. ὑπελάμβανον γὰρ, ὅτι καὶ τοῦτο παραβολή τίς ἐςι. καὶ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάςασιν [*]) διήνοιξεν αὐτῶν τὸν *) Luc. 24, 45.
νοῦν τȣ̃ συνιέναι περὶ πάντων.

Κεφ. Λϛ. Περὶ τῶν αἰτούντων τὰ δίδραχμα.

Verſ. 24. Καὶ — v. 25. ναί.

Οἱ πρωτότοκοι τῶν ἑβραίων δίδραχμον ἕκαςος κατ' ἐνιαυτὸν ἐτέλȣν τῷ θεῷ πρὸς εὐχαριςίαν, ἀνθ'

eo quod olim Aegyptiorum primogenita perdiderat. Quia ergo Christus etiam primogenitus erat, qui haec congregabant, ad ipsum quidem accedere verebantur, honorantes eum propter miracula: ad Petrum autem tanquam principem iam discipulorum accedunt: nec exigunt, sed cum mansuetudine interrogant. Est autem didrachmum genus numismatis.

Vers. 25. *Quumque ingressus esset — alienis?*

Priusquam loqueretur Petrus de didrachmo praeuenit eum Iesus: demonstrans non opus esse sibi vt ab alio disceret, quum sciret non tantum quae dicebantur, verum etiam quae cogitabantur. Per exemplum autem ostendit quod quum naturalis sit Dei filius, non debet pendere patri didrachmum. Nam reges non a propriis filiis, sed ab alienis tributum vel censum accipiunt. Idem autem significant *τέλος* (quod tributum vertimus) et *κῆνσος* census: sed illud apud Graecos: hoc apud Romanos.

Vers. 26. *Dicit — filii.*

Ἄρα, loco reliquum: Liberi autem, ne pendant tributum vel censum.

Vers. 27. *Verum — te.*

Demonstrato primum quod ipse non debeat pendere propter diuinitatem, tamen dare iubet propter humanitatem, ne offendiculum paterentur, quasi ipse Deum despiceret, volens et ipse Deo pendere didrachmum. A mari autem dat tributum:

ἀνθ᾽ ὧν ἐξωλόθρευσε πάλαι τὰ τῶν αἰγυπτίων πρωτότοκα. ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ χριστὸς πρωτότοκος ἦν, αὐτῷ μὲν, οἱ ἐπισυνάγοντες ταῦτα, προσελθεῖν ηὐλαβήθησαν, τιμῶντες αὐτὸν, διὰ τὰ σημεῖα· τῷ πέτρῳ δὲ λοιπὸν, ὡς κορυφαίῳ τῶν μαθητῶν, προσέρχονται, καὶ οὐκ ἀπαιτοῦσιν, ἀλλὰ μετὰ πρᾳότητος ἐρωτῶσιν. ἔστι δὲ τὸ δίδραχμον, εἶδος ἀργυρίου.

Vers. 25. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν — ἀλλοτρίων;

Πρὸ τοῦ εἰπεῖν τὸν πέτρον περὶ τοῦ διδράχμου, προέλαβεν αὐτὸν ὁ χριστὸς, ἐμφαίνων, ὅτι οὐ δεῖται παρ᾽ ἑτέρου μαθεῖν, εἰδὼς, οὐ τὰ λαλούμενα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐννοούμενα. διὰ παραδείγματος δὲ ἀποδείκνυσιν, ὅτι γνήσιος υἱὸς ὢν τοῦ θεοῦ, οὐκ ὀφείλει τελεῖν τῷ πατρὶ τὸ δίδραχμον. οἱ γὰρ βασιλεῖς οὐκ ἀπὸ τῶν γνησίων υἱῶν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων τέλη ἢ κῆνσον λαμβάνουσι. τὸ αὐτὸ δὲ λέγεται, καὶ τέλος καὶ κῆνσος· τέλος μὲν, καθ᾽ ἕλληνας· κῆνσος δὲ, κατὰ ῥωμαίους.

Vers. 26. Λέγει — υἱοί.

Τὸ ἄρα,[6]) ἀντὶ τοῦ, λοιπόν. ἐλεύθεροι δὲ, τοῦ δοῦναι τέλη ἢ κῆνσον.

Vers. 27. Ἵνα — σοῦ.

Ἀποδείξας πρῶτον, ὅτι αὐτὸς οὐκ ὀφείλει τελέσαι, διὰ τὴν θεότητα, λοιπὸν κελεύει δοῦναι, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν, ὡς ἀτιμάζοντος αὐτοῦ τὸν θεὸν, ἐν τῷ μὴ τελεῖν καὶ αὐτὸν τῷ θεῷ τὸ δίδραχμον. ἐκ τῆς θαλάσσης δὲ διδω-

6) Quinque priora vocabula omiserat Hentenius. Etiam proximum δέ.

tum: hinc quoque ostendens quod tanquam omnium dominus praecipit et mari, quod quasi praecepto eius subiectum, mittit piscem qui tributum domino deferat: nec pro ipso solum, sed et pro primo eius discipulo: Nam Petrus quoque primogenitus erat.

Prius siquidem etiam hoc diuersimode demonstrauit: et quando ipsi furenti imperauit: et quando per ipsum quasi per aridam pedes ambulauit. Et nunc quoque idem rursum aliter ostendit, vario modo subiectionem illius significans. Est et stater mumismatis genus duo didrachma, id est quatuor drachmas continens.

Vide autem quomodo nunc Iudaeis offendiculo esse noluit: alibi vero Pharisaeorum despexit offendiculum, quando de cibis disputabat. Docet enim quod aliquando offendiculum cauere oportet, interdum vero illud despicere, et cum iudicio hoc et illud facere.

Vniuersaliter enim in his quae iuxta Dei praeceptum dicuntur aut fiunt, offendiculum oportet despicere: in his autem quae iuxta voluntatem nostram, offendiculum curare conuenit, prout praecepit Magnus Basilius.

Cap. XXXVII. De Dicentibus, Quis maior?

Cap. XVIII. v. 1. *In — coelorum?*

Humanum quiddam discipuli tunc patiebantur. Intuiti siquidem praepositum fuisse Petrum: nam et Iacobus primogenitus erat et alii: sed nihil tale pro

7) ὅτι κυριεύει τῆς θαλάσσης.
8) Inclusa, omittit. A.

δίδωσι τὸ τέλος, δεικνύων κἀντεῦθεν, ὅτι θεὸς ὢν, τῶν ὅλων κυριεύει, καὶ τῆς θαλάσσης, ἥτις τῷ βελήματι αὐτῦ καθυπηρετῦσα πέμπει τὸν ἰχθῦν, κομίζοντα τὸ τέλος ὑπὲρ τῦ δεσπότε, καὶ οὐχ ὑπὲρ αὐτῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῦ πρώτε τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· πρωτότοκος γὰρ καὶ ὁ πέτρος ἦν.

Καὶ πρότερον μὲν γὰρ τῦτο διαφόρως[7]) ἔδειξεν, ὅτε ἐπετίμησεν αὐτῇ μαινομένῃ, καὶ ὅτε διὰ ταύτης ἐπέζευσεν, ὡς διὰ ξηρᾶς· καὶ νῦν δὲ πάλιν τρόπον ἕτερον τῦτο δείκνυσι, πολλαχόθεν δηλῶν τὴν ὑποταγὴν αὐτῆς. ἀργυρίε δὲ εἶδος καὶ ὁ ςατὴρ ἦν, δύο διδράχμων ἀντάξιος.

Σκόπει δὲ, πῶς νῦν μὲν, οὐκ ἠβελήθη σκανδαλίσαι τὰς ἰεδαίες· ἀλλαχῦ δὲ, κατεφρόνησε τῦ σκανδάλε τῶν φαρισαίων, ὅτε περὶ τῶν βρωμάτων διελέγετο. διδάσκει γὰρ, ὅτι ποτὲ μὲν χρὴ φροντίζειν τῦ σκανδάλε, ποτὲ δὲ καταφρονεῖν αὐτοῦ, μετὰ διακρίσεως δὲ ποιεῖν καὶ τοῦτο κἀκεῖνο.

[Καθόλε[8]) γὰρ, ἐπὶ μὲν τοῖς κατ᾽ ἐντολὴν θεῦ λεγομένοις ἢ πραττομένοις χρὴ καταφρονεῖν τῦ σκανδάλε· ἐπὶ δὲ τοῖς κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν, προσήκει θεραπεύειν τὸ σκάνδαλον, ὡς ὁ μέγας βασίλειος διέξειλεν.]

Κεφ. ΛΖ. Περὶ τῶν λεγόντων, τίς μείζων.

Cap. XVIII. v. 1. Ἐν — ὐρανῶν;

Ἀνθρώπινόν τι τότε πεπόνθασιν οἱ μαθηταί. θεασάμενοι γὰρ προτιμηθέντα τὸν πέτρον· καὶ γὰρ καὶ ἰάκωβος πρωτότοκος ἦν, καὶ ἕτεροι· ἀλλ᾽ ὐδὲν

pro eis dixit, doluerunt: et tamen affectum ſuum confiteri erubuerunt, ſed indiſtincte praeceptorem interrogant, quisnam maximus eſſet eorum.

Nec id ſolum affectum hunc excitauerat, ſed et alia multa. Nam et prius quoque beatificauit eum, multaque illi promiſit: alibi etiam viſa illius libertate ſubtriſtes effecti ſunt.

Marcus vero ait, quod primum inter ſe diſputauerant, quis maximus eſſet, et huic conſonat etiam Lucas.

Priusquam enim ad Petrum acceſſiſſent qui didrachma accipiebant, (ſimpliciter de eo ratiocinati fuerant in itinere: cum autem Capernaum veniſſent, vbi etiam Petrum adierunt, qui didrachma exigebant,) tunc videntes rurſus Petrum praehonorari, magis irritati ſunt, et ita demum interrogauerunt.

Videntur autem de eo interrogare quod iam nouerant, non tamen eſt ita. Siquidem ex his quae videbant, ſciebant quod in terra Petrus ſibi praeponeretur: volebant autem ſcire vtrum etiam in coelo praehonorandus eſſet. Sed tunc quidem de his dolebant: verum poſtmodum quum effecti eſſent perfecti, primos honores inuicem concedebant.

Verſ. 2. *Et — illorum.*

Marcus autem ait: Et amplexatus illum dixit eis: Lucas vero quod ſtatuit eum iuxta ſe. Omnia autem

9) Marcus habet διελέχθησαν. Vnde ergo διελογίζοντο; Scilicet ex Chryſoſt. T. VII. p. 587. B. Ex eo occupauit etiam Codices non nullos cum ſcholiis. Euthymius ipſe vulgatum habet in textu Marci.

οὐδὲν τοιοῦτον ὑπὲρ τούτων εἶπεν· ἤλγησαν. καὶ αἰσχύνονται μὲν ὁμολογῆσαι τὸ πάθος· ἀδιερίστως δὲ τὸν διδάσκαλον ἐρωτῶσι, τίς ἄρα μείζων ἐξ αὐτῶν.

Ου τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλὰ τὸ πάθος ἀνῆψαν. καὶ γὰρ καὶ πρότερον ἐμακάρισεν αὐτὸν, καὶ μεγάλα τούτῳ ἐπηγγείλατο, καὶ τὴν ἄλλην δὲ παῤῥησίαν αὐτοῦ βλέποντες, παρεκνίζοντο.

Μάρκος δὲ φησιν, ὅτι g) πρὸς ἑαυτοὺς 9) διελογίζοντο, τίς μείζων. τούτῳ δὲ συνᾴδει καὶ ὁ λουκᾶς. h)

g) Marc. 9, 34.

h) Luc. 9, 46.

Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ ἐντυχεῖν τῷ πέτρῳ [1]) τοὺς τὰ δίδραχμα λαμβάνοντας, διελογίσαντο περὶ τούτου κατὰ τὴν ὁδὸν ἁπλῶς· ἐλθόντες δὲ ες καπερναοὺμ, ἐν ᾗ καὶ τῷ πέτρῳ προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες, καὶ ἰδόντες τοῦτον ἐν προτιμηθέντα, μᾶλλον ἠρεθίσθησαν· καὶ τότ. λοιπὸν ἠρώτησαν.

Καὶ δοκοῦσι μὲν ἐρωτῆσαι, περὶ οὗ ἐγίνωσκον· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο. καὶ γὰρ, ὅτι μὲν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ πέτρος προτετίμηται τούτων, ᾔδεσαν ἐξ ὧν ἔβλεπον· ἐβούλοντο δὲ μαθεῖν, εἰ καὶ ἐν οὐρανῷ προτιμηθήσεται. ἀλλὰ τότε μὲν ἤλγησαν· τέλειοι δὲ γινόμενοι, τῶν πρωτείων ἀλλήλοις παρεχώρουν.

Verſ. 2. Καὶ — αὐτῶν.

Μάρκος δὲ φησιν, ὅτι καὶ i) ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, εἶπεν αὐτοῖς· λουκᾶς δὲ, ὅτι ἔστησεν k) αὐτὸ παρ'

i) Marc. 9, 36.

k) Luc. 9, 47.

[1]) In Codice Hentenii videntur omnia abſuiſſe, a πέτρῳ ad proximum πέτρῳ. Ergo in principio pro, *et id quidem priusquam*, correxi, *priusquam enim.* Quae autem incluſa ſunt in verſione, ea addidi, et ante, *tunc*, excluſi, *ſunt.*

tem facta sunt. Primum siquidem statuit eum in medio illorum: deinde iuxta se: postmodum amplexatus est illum. Vult autem per exemplum de puero sedare hunc illorum affectum.

Vers. 3. *Et — coelorum.*

Vos quidem de primatu in regno coelorum interrogatis: ego autem dico vobis quod nisi conuersi fueritis a prauitate ad sinceritatem, et efficiamini innocentes vt pueri, in illud omnino non ingrediemini.

Puer siquidem est simplex, non curiosus, neque vanae gloriae cupidus, sine fastu, liber est et ab inuidia, aemulatione, sui amore, contentione, et vt semel dicam, solutus est ab omni voluntaro affectu, non per exercitium, sed per simpliciatem. Si quis ergo discesserit a voluntariis affectionibus, efficietur sicut pueri, habens per exercitium quod habent pueri per simplicitatem.

Vers. 4. *Quisquis — coelorum.*

Quisquis voluntarie seipsum vehementer deiecerit, sicut puer iste non voluntarie vehementer deiectus est: oportet enim, vt dictum est, imitari puerum, qui multas habens virtutes, ob nullam illarum extollitur.

Vers. 5. *Et — suscipit.*

Et quicunque hospitio exceperit vnum talem puerum qualem dixit, videlicet vnum aliquem factum sicut talis puer, dico sane humilem, vilem et abiectum.

a) ἕως, pro ὅλως. B.

παρ' ἑαυτῷ· πάντα δὲ γεγόνασι. πρῶτον μὲν γὰρ, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν· εἶτα, παρ' ἑαυτῷ· ἔπειτα, ἐνηγκαλίσατο αὐτό. βούλεται δὲ διὰ τοῦ κατὰ τὸ παιδίον παραδείγματος καταστεῖλαι τὸ πάθος αὐτῶν.

Verſ. 3. Καὶ — οὐρανῶν.

Ὑμεῖς μὲν περὶ τοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν πρωτείου πυνθάνεσθε· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ στραφῆτε ἀπὸ τῆς πονηρίας ἐπὶ τὸ ἀπόνηρον, καὶ γένησθε ἄκακοι, ὡς τὰ παιδία, οὐδὲ εἰσελεύσεσθε ὅλως [2]) εἰς αὐτήν.

Τὸ γὰρ παιδίον, ἔστι μὲν ἁπλοῦν, ἀπερίεργον, ἀκενόδοξον, ἄτυφον· ἀπήλλακται δὲ βασκανίας καὶ ζηλοτυπίας καὶ φιλοπρωτίας καὶ ἔριδος, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐλεύθερόν ἐστι παντὸς προαιρετικοῦ πάθους, οὐκ ἐξ ἀσκήσεως, ἀλλ' ἐξ ἀφελείας. εἴ τις οὖν ἀπέχεται τῶν προαιρετικῶν παθῶν, γίνεται ὡς τὰ παιδία, κτώμενος δι' ἀσκήσεως, ἅπερ ἔχουσι τὰ παιδία ἐξ ἀφελείας.

Verſ. 4. Ὅστις — οὐρανῶν.

Ὅστις λίαν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, ἑκουσίως, ὡς τὸ παιδίον τοῦτο λίαν τεταπείνωται, ἀκουσίως. χρὴ γὰρ μιμεῖσθαι τὸ παιδίον, ὃ πολλὰς ἔχον, ὡς εἴρηται, ἀρετὰς, ἐπ' οὐδὲ μιᾷ τούτων ἐπαίρεται.

Verſ. 5. Καὶ — δέχεται.

Καὶ ὅστις ἂν ξενοδοχήσῃ παιδίον τοιοῦτον ἓν, οἷον εἶπον, ἤγουν, ἕνα τινὰ γενόμενον, ὡς παιδίον τοιοῦτον, λέγω δὴ, ταπεινὸν καὶ εὐτελῆ καὶ ἀπεῤῥιμμέ-

ctum. Quod autem dicit, In nomine meo: hoc est propter me, et quia talis est meus.

Vide ergo quantum talem amet: hunc inquit suscipiens, me suscipit. Marcus vero addidit, Quisquis autem me suscipit, non me suscipit, sed eum qui misit me.

Est autem sensus omnium dictorum talis. Quicunque susceperit eum qui factus est veluti puer, per illum quidem me suscipit, per me autem patrem meum qui misit me. Pater siquidem appropriat sibi eum, qui mihi defertur, honorem: ego vero delatum illi qui factus est veluti puer.

Quid igitur tali susceptione beatius, per quam suscipit quis beatam trinitatem? Nam si filium et patrem, vtique et spiritum sanctum: inseparabilis siquidem est beata trinitas. Nondum autem tempus tunc erat docendi de spiritu sancto.

Quod vero addit, Non me suscipit, per vsum loquendi dictum est. Frequenter enim dicere solemus: Quod mihi facis, non mihi facis, sed Deo. Ideo etiam Lucas reliquis positis illud reliquit tanquam loquendi proprietatem.

Vers. 6. *Quicunque — maris.*

Offendiculum vocat hic contumeliam. Dicit enim: Sicut qui hos honorantes suscipiunt illos propter me, excelsa digni sunt beatitudine: ita sane et qui ipsos contumelia afficientes despiciunt illos, extremum luent supplicium.

Vni autem de pusillis istis, videlicet qui pusilli apparent et viles. Dicit autem de illis qui facti

3) ὑποδέχεται.
4) εἰ, pro καί. B.
5) Lucam solum nominat, quod Matthaeus 18, 5. plura etiam praetermisit.

ϱιμμένον. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἀντὶ τοῦ, δι' ἐμὲ, διὰ τὸ εἶναι τὸν τοιοῦτον ἐμόν.

Ὅρα δὲ, πόσον φιλεῖ τὸν τοιοῦτον· ὁ τοῦτον γὰρ, φησι, δεχόμενος, ἐμὲ δέχεται. μάρκος δὲ προσέθηκεν, ὅτι καὶ [l]) ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. l) Marc. 9, 37.

Ἔστι δὲ ὁ νοῦς τῶν ὅλων ῥητῶν τοιοῦτος, ὅτι ὃς ἂν ὑποδέξηται τὸν γενόμενον, ὡς παιδίον, δι' ἐκείνου μὲν, ἐμὲ ὑποδέχεται, δι' ἐμοῦ δὲ, τὸν ἀποστείλαντά με πατέρα μου. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ οἰκειοῦται τὴν εἰς ἐμὲ τιμήν· ἐγὼ δὲ, τὴν εἰς τὸν γενόμενον, ὡς παιδίον.

Τί οὖν μακαριώτερον τοιαύτης ὑποδοχῆς, δι' ἧς ὑποδέχεταί τις τὴν μακαρίαν τριάδα; εἰ γὰρ τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, πάντως καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. [3]) ἀχώριστος γὰρ ἡ θεία τριάς. οὔπω δὲ καιρὸς ἦν τηνικαῦτα, διδάξαι καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Τὸ δὲ οὐκ ἐμὲ δέχεται, κατὰ συνήθειαν λόγου εἴρηται. [4]) καὶ γὰρ πολλάκις εἰώθαμεν λέγειν, ὅτι ὃ ποιεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐμοὶ ποιεῖς, ἀλλὰ τῷ θεῷ. διὸ καὶ ὁ λουκᾶς [5]) τἄλλα θεὶς, τοῦτο [m]) παραλέλοιπεν, ὡς ἰδίωμα. m) Luc. 9, 48.

Verſ. 6. Ὃς — θαλάσσης.

Σκανδαλισμὸν ἐνταῦθα, τὴν ἀτιμίαν λέγει. φησὶ γὰρ, ὅτι ὥσπερ οἱ τοὺς τοιούτους τιμῶντες, ἐν τῷ ὑποδέχεσθαι αὐτοὺς, δι' ἐμὲ, τῆς ἄκρας ἀξιοῦνται μακαριότητος· οὕτω δὴ καὶ οἱ ἀτιμάζοντες αὐτοὺς, ἐν τῷ καταφρονεῖν αὐτῶν, τὴν ἐσχάτην δώσουσι δίκην.

Ἕνα δὲ τῶν μικρῶν τούτων, εἴτουν, τῶν μικρῶν κατὰ τὸ φαινόμενον, τῶν εὐτελῶν· λέγει δὲ,

περὶ

facti sunt veluti pueri. Dicens vero quod expedit ei vt miseram sustineat vltionem, ostendit quod miseriorem passurus est in futuro seculo.

Vers. 7. *Vae — offendiculis.*

Praedicit damnum quod ab offendiculis proueniet, vt expectantes ea, semper vigilent non soli Apostoli, sed et omnes.

Mundum siquidem eos dicit, qui in mundo sunt. Offendicula vero impedimenta rectae conuersationis. Deplorat autem mundum propter offendicula, vt qui ab illis multa passurus sit.

Vers. 7. *Necesse — offendicula.*

Propter hoc dicunt quidam: Si necesse est vt veniant offendicula, necesse est vt fiant peccata: Si autem necesse est vt fiant peccata, iniuste poenas luunt peccatores: Nam quod ex necessitate fit, culpa caret. Quibus dicimus, quod necesse est vt veniant offendicula, propter necessitatem daemonum: non est autem necesse, vt virtuti dediti offendiculum patiantur: id enim in sua voluntate situm est quum liberum habeant arbitrium. Vt ergo veniant offendicula non in nobis situm est, vt autem offendiculum patiamur, omnino in nobis situm est. Sciens ergo Christus quod omnino futura sint offendicula, praedicit de illis, vt sicut dictum est caueamus: non tamen ideo ventura sunt, quod praedixerit: sed propterea praedixit, quia ventura erant.

Vers. 7.

περὶ τῶν γενομένων, ὡς τὰ παιδία. εἰπὼν δὲ, ὅτι συμφέρει αὐτῷ, ἵνα πάθῃ τήνδε τὴν χαλεπὴν τιμωρίαν, ἐνέφηνεν, ὅτι χαλεπωτέραν μέλλει παθεῖν, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

Verſ. 7. Οὐαὶ — σκανδάλων.

Προαναφωνεῖ τὴν ἐσομένην βλάβην ἀπὸ τῶν σκανδάλων, ἵνα προσδοκῶντες αὐτὰ, νήφωσι διὰ παντὸς, οὐχ οἱ ἀπόστολοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες.

Καὶ κόσμον μὲν λέγει, τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ. σκάνδαλα δὲ, τὰ ἐμπόδια τῆς ὀρθῆς πολιτείας. ταλανίζει δὲ τὸν κόσμον, διὰ τὰ σκάνδαλα, ὡς μέλλοντα πολλὰ παθεῖν ὑπ' αὐτῶν.

Verſ. 7. Ἀνάγκη — σκάνδαλα.

Πρὸς τοῦτό φασί τινες, ὅτι ἐὰν ἀνάγκη ἐστὶν, ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, ἀνάγκη καὶ ἁμαρτάνειν· ἐὰν δὲ ἀνάγκη ἁμαρτάνειν, ἀδίκως ἀπαιτοῦνται δίκην οἱ ἁμαρτάνοντες. τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἀνεύθυνον. πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι ἀνάγκη μέν ἐστιν, ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, διὰ τὴν ἀνάγκην τῶν δαιμόνων· οὐκ ἀνάγκη δὲ σκανδαλισθῆναι τοὺς σπουδαίους, διὰ τὸ τῆς προαιρέσεως αὐτεξούσιον. τὸ μὲν γὰρ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, οὐκ ἔστιν ἡμέτερον· τὸ δὲ μὴ σκανδαλισθῆναι, πάντως ἡμέτερον. εἰδὼς οὖν ὁ χριστὸς, ὅτι πάντως ἐλεύσονται τὰ σκάνδαλα, προλέγει περὶ τούτων, ἵνα προσέχωμεν, ὡς εἴρηται. πλὴν οὐ διὰ τοῦτο ἔρχονται, διότι προεῖπεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο προεῖπε, διότι ἔρχονται.

Verſ. 7. *Verumtamen — venit.*

Offendiculum quidem a daemone ſeminatur: ab homine vero alitur et augetur ac recipitur, qui prauam et corruptam habet voluntatem, quem etiam nunc deplorat, tanquam daemonis miniſtrum. Deinde etiam docet quomodo offendicula deuitemus.

Verſ. 8. *Si — aeternum.*

Non de membris corporis hoc dicit, ſed de cognatis et amicis ac miniſtris, quos horum membrorum loco habemus: quemadmodum quinto capite particularius enarrauimus. Nam et haec in illo dicta ſunt: quaere ergo ibi expoſitionem. Sed ibi de affectu erat ſermo, hic autem de qualicunque nocumento. Vide autem nunc quod κυλλὸν, hoc eſt mutilum, vocat eum qui manibus caret.

Verſ. 9. *Et — ignis.*

Dictum eſt etiam de his in illo capite, et ſuperfluum foret repetere. Vere ergo nihil eſt adeo noxium ſicut prauorum conſortium. Quod ſi etiam in membris noſtris amputamus frequenter quaedam ex illis quando et ipſa immedicabilia manſerint, et caetera corrumpunt: multo magis in cognatis et amicis ac miniſtris facere hoc oportet, vbi nobis obſtaculo fuerint aut impedimento ad rectam conuerſationem. Praeſtat enim ſine illis ſaluum fieri quam cum illis perire. Poſtquam ergo prauos fugere admonuit, bonos honorare iubet. Ait enim.

Verſ. 10.

*) Diſplicet Hentenii verſio. Κομίζεται, eſt εἰς μέσον κομίζεται, προφέρεται καὶ ἄλλοις προσφέρεται.

In

Verſ. 7. Πλὴν — ἔρχεται.

Τὸ σκάνδαλον σπείρεται μὲν παρὰ τοῦ δαίμονος, ὑπ' ἀνθρώπου δὲ τρέφεται καὶ αὔξεται καὶ [6]) κομίζεται, προαίρεσιν ἔχοντος φαύλην καὶ διεφθαρμένην, ὃν καὶ ταλανίζει νῦν, ὡς ὑπηρέτην τοῦ δαίμονος. εἶτα διδάσκει, καὶ πῶς τὰ σκάνδαλα διαφευξόμεθα.

Verſ. 8. Εἰ — αἰώνιον.

Οὐ περὶ μελῶν σώματος, ταῦτά φησιν, ἀλλὰ περὶ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ ὑπηρετῶν, οὓς ἐν τάξει μελῶν τοιούτων ἔχομεν, ὡς ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ λεπτομερῶς ἐξηγησάμεθα. καὶ ἐν ἐκείνῳ γὰρ ταῦτα εἴρηται, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, περὶ ἐμπαθείας ἦν ὁ λόγος· ἐνταῦθα δὲ, περὶ παντοίας βλάβης. ὅρα δὲ νῦν, ὅτι κυλλὸν, τὸν ἄχειρα λέγει.

Verſ. 9. Καὶ — πυρός.

Εἴρηται καὶ περὶ τούτων ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ, καὶ περιττὸν παλιλλογεῖν. ὄντως οὖν [7]) οὐδὲν οὕτω βλαβερὸν, ὡς ἡ τῶν πονηρῶν συνουσία. καὶ, εἰ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων μελῶν πολλάκις ἀποτέμνομέν τινα τούτων, ὅταν αὐτά τε ἀνίατα μένωσι, καὶ τοῖς ἄλλοις λυμαίνωνται· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ ὑπηρετῶν τοῦτο χρὴ ποιεῖν, σκανδαλιζόντων, εἴτουν, ἐμποδιζόντων ἡμῖν εἰς τὴν ὀρθὴν πολιτείαν. κρεῖσσον γὰρ χωρὶς αὐτῶν σωθῆναι, ἢ σὺν αὐτοῖς ἀπολέσθαι. παραινέσας οὖν φεύγειν τοὺς πονηροὺς, κελεύει τιμᾶν τοὺς ἀγαθούς. λέγει γάρ.

Verſ. 10.

6) In textu enim eſt, δι' οὗ ἔρχεται. Non ergo Medium eſt, ſed Paſſiuum.

7) ἦν, pro οὖν. A.

Verſ. 10. *Videte — iſtis.*

Qui hominibus quidem puſilli videntur propter abiectionem et ſimplicitatem, vere tamen magni ſunt propter virtutem. Ne vnum quidem horum deſpicere oportet: manifeſtum eſt ergo quod neque duos omnino, neque plures. Deinde etiam aliunde venerandos illos facit.

Verſ. 10. *Dico — qui in coelis eſt.*

Inde manifeſtum eſt iuſtos habere angelos cuſtodes. Dicit enim Dauid: Caſtra metabitur angelus domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos. Quos autem ſeruant angeli qui tantam apud Deum habent libertatem, vt ſemper videant Deum qui in coelis eſt, vere hos deſpicere non oportet: etſi non propter illorum virtutem, at ſaltem propter cuſtodes eorum. Faciem vero patris, hoc eſt patrem meum.

† Vident autem illum non perfecte ſicut eſt in eſſentia, ſed prout eis permittitur. Deum enim (ait) nemo vidit vnquam, non materialis ſolum creatura, ſed etiam immaterialis.

Deinde aliam quoque ponit rationabiliorem cauſam, cur eos deſpicere non oporteat.

Verſ. 11. *Venit — quod perierat.*

Venit inquit in mundum, ſiue incarnatus eſt, vt ſaluaret eos qui antea perditi erant. Quodſi ego tantam illorum habui curam, quomodo vos deſpicietis

*) Incluſa, in marg. habet. A.

Verſ. 10. Ὁρᾶτε — τούτων.

Τῶν δοκούντων μὲν μικρῶν τοῖς ἀνθρώποις, διʼ εὐτέλειαν, ὄντων δὲ μεγάλων τῷ θεῷ, διʼ ἀρετήν. εἰ δʼ ἑνὸς τούτων οὐ χρὴ καταφρονεῖν, πρόδηλον, ὡς οὐδὲ δύο πάντως, οὐδὲ πλειόνων. εἶτα καὶ ἑτέρωθεν αὐτοὺς αἰδεσίμους ποιεῖ.

Verſ. 10. Λέγω — τοῦ ἐν οὐρανοῖς.

Ἐντεῦθεν φανερὸν, ὅτι ἀγγέλους ἔχουσιν οἱ δίκαιοι φύλακας. φησὶ γὰρ ὁ Δαυΐδ ὅτι παρεμβαλεῖ [n]) ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. οὓς δὲ φυλάττουσιν ἄγγελοι, τοσαύτην εἰς θεὸν ἔχοντες παῤῥησίαν, ὡς διὰ παντὸς ἐν οὐρανοῖς ὁρᾷν τὸν θεὸν, τούτων ὄντως οὐ χρὴ καταφρονεῖν, εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, ἀλλάγε διὰ τοὺς φύλακας αὐτῶν. τὸ πρόσωπον δὲ τοῦ πατρός μου, ἀντὶ τοῦ, τὸν πατέρα μου. n) Pſ. 33, 8.

[Βλέπουσι [8]) δὲ αὐτὸν, οὐχ ὥς ἐστι κατʼ οὐσίαν· ἀλλʼ ὡς ἐφικτὸν αὐτοῖς. θεὸν [o]) γάρ, φησιν, οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, οὐ μόνον ὑλικὸς, ἀλλʼ οὐδʼ ἄϋλος.] o) Io. 1, 18.

Ἔπειτα [9]) καὶ ἑτέραν τίθησιν εὐλογωτέραν αἰτίαν, τοῦ μὴ καταφρονεῖν αὐτῶν.

Verſ. 11. Ἦλθε — τὸ ἀπολωλός.

Ἦλθον γάρ, φησιν, εἰς τὸν κόσμον, ἤγουν, ἐνηνθρώπησα, ἵνα σώσω αὐτοὺς ἀπολωλότας πρίν. καὶ εἰ ἐγὼ τοσοῦτον αὐτῶν ἐφρόντισα, πῶς ὑμεῖς καταφρονήσετε τούτων; μετέπειτα δὲ λέγει καὶ παρα-

9) Quae leguntur ab ἔπειτα ad αὐτῶν, ea Hentenius ante βλέπουσι exhibebat.

cietis illos? Deinde vero ponit et parabolam, qua demonſtrat amoris ſui magnitudinem.

Cap. XXXVIII. De centum ouibus.

Verſ. 12. *Quid — quae aberrauerat?*

Hominem ſeipſum ſignificat: centum vero oues, omnem rationalem creaturam, hominem videlicet: oues quidem propter ipſorum ſubiectionem, et quod ab eo paſcantur: centum vero propter perfectionem ordinum rationalis huius creaturae: tot enim ſunt quot oportet. Numerum autem centenarium in perfectione ſolet ponere, vt in terra frugifera, quod vnum dedit centuplum, ſicut viceſimoquarto capite praedictum eſt.

Ouis autem errans ordo eſt hominum qui a Dei ouili abiectus eſt, et ſequutus fallaces daemones.

Montes vero ſecundum aliquos coelum eſt propter altitudinem, in quo alios ordines dereliquit: Iuxta alios autem terra, propter agreſtes daemones, qui in ea commorari gaudent, tanquam ferae in montibus: et quia fructum non defert lenem et ſuauem, qui ſuauem dominum noſtrum delectet, ſed agreſtem et acerbum, qui acerbo ſatanae ſuauis ſit. Ad hos profectus eſt, vt quaerat ouem errantem. Quodſi homo errantem irrationalem ouem non deſpicit, quum tamen multas habeat non errantes, multo magis Deus rationalem non deſpicit, cuius miſericordia ad humanam eſt, ſicut mare totum ad vnam aquae guttam.

Verſ. 13.

[1]) φύσιν, et ſupra ſcriptum κτί. A.
[2]) Conſtanter ergo probat ἐν, pro vulgari ἓν.

παραβολὴν, ἐμφαίνουσαν τὸ ὑπερβάλλον τῆς φιλοστοργίας αὐτοῦ.

Κεφ. ΛΗ. Περὶ τῶν ἑκατὸν προβάτων.

Verſ. 12. Τί — τὸ πλανώμενον;

Ἄνθρωπον μὲν ὑποδηλοῖ, ἑαυτὸν, ὡς γενόμενον ἄνθρωπον· ἑκατὸν δὲ πρόβατα, πᾶσαν τὴν λογικὴν κτίσιν, [1]) ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων· πρόβατα μὲν, διά τε τὴν τούτων ὑποταγὴν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ποιμαντικήν· ἑκατὸν δὲ, διὰ τὴν τελειότητα τῶν ταγμάτων τῆς λογικῆς ταύτης κτίσεως. τοσαῦτα γάρ εἰσιν, ὅσα χρή. τὸν γὰρ ἑκατὸν ἀριθμὸν ἐπὶ τελειότητος εἴωθε τιθέναι· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τῆς καρποφορούσης [2]) ἐν ἑκατὸν, ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ προείρηται.

Πρόβατον δὲ πλανώμενον, τὸ τάγμα τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀποῤῥαγὲν τῆς ποίμνης τοῦ θεοῦ, καὶ ἀκολουθῆσαν τοῖς ἀπατήσασι δαίμοσιν.

Ὄρη δὲ, κατὰ μέν τινας, [3]) ὁ οὐρανὸς, διὰ τὸ ὕψος, ἐφ' οὗ τὰ ἄλλα τάγματα καταλέλοιπε· κατὰ δέ τινας, ἡ γῆ, διὰ τὸ τοὺς ἀγρίους δαίμονας ἐμφιλοχωρεῖν αὐτῇ, καθάπερ τὰ θηρία τοῖς ὄρεσι, καὶ διὰ τὸ μὴ φέρειν καρπὸν ἥμερον, εὐφραίνοντα τὸν ἥμερον δεσπότην ἡμῶν, ἀλλ' ἄγριον, ἡδύνοντα τὸν ἄγριον σατανᾶν· ἐφ' ἃ ἐπορεύθη, ζητῶν τὸ πλανώμενον. εἰ δὲ ἄνθρωπος οὐ περιορᾷ πλανώμενον τὸ ἄλογον πρόβατον· καίτοι πολλὰ ἔχων ἀπλανῆ· πολλῷ μᾶλλον ὁ θεὸς, τὸ λογικὸν, οὗτινος ὁ ἔλεος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον ἔλεον, ὡς ὅλη θάλασσα πρὸς μίαν σταγόνα ὕδατος.

3) ὁ οὐρανὸς, abſunt. A.

Verſ. 13. *Et — aberrauerunt,*

Neque enim tantum gaudemus de his quae ſecure poſſidemus, quantum de eo quod poſtquam perditum erat inuentum eſt. Etenim quum illa ſemper habeamus, non adeo ſentimus gaudium quod de ipſis habemus: quum autem illud perdiderimus, ac vehementer contriſtati ſimus, tanquam damno affecti: vbi inuenerimus, vehementer gaudemus, tanquam illud lucrati.

Verſ. 14. *Ita — iſtorum.*

Ita, ſicut docuit parabola. Patrem vero diſcipulorum ſeipſum nominat: non ſolum tanquam ipſorum praeceptorem, ſed etiam tanquam creatorem. Scire enim oportet quod interdum patrem ſuum dicit patrem diſcipulorum, interdum vero ſeipſum.

Coram patre veſtro autem, hoc eſt in patre veſtro. Nam et hic ſermo linguae proprietas eſt. Verum quomodo ſignum non dedit quo puſillos cognituri ſimus? Vt eum qui dignus eſt ignorantes, nullum deſpiciamus, ſed omnium curam habeamus.

Verſ. 15. *Si — ſolum.*

Quia vehementi ſermone diſſeruit aduerſus eos qui ſunt offendiculo vel obſtaculo, et vndique eos terruit: tandem ad eos quoque tranſit, qui patiuntur offendiculum, et iubet non aſpernari eos, qui ſunt offendiculo. Fratrem autem dicit, eiusdem gentis ac fidei hominem. Et quia is qui fuit offendiculo non facile veniret ad confeſſionem

aut

Verſ. 13. Καὶ — πεπλανημένοις.

Ου τοσοῦτον γὰρ χαίρομεν, ἐφ' οἷς ἀσφαλῶς ἔχομεν, ὅσον ἐπὶ τῷ μετὰ τὴν ἀπώλειαν εὑρεθέντι. καὶ γὰρ ἐκεῖνα μὲν, ἀεὶ ἔχοντες, οὐ τοσοῦτον αἰσθανόμεθα τῆς χαρᾶς· τοῦτο δὲ ἀπολέσαντες, καὶ σφόδρα λυπηθέντες, ὡς ζημιωθέντες, εἶτα εὑρόντες, σφόδρα καὶ χαίρομεν, ὡς κερδήσαντες.

Verſ. 14. Οὕτως — τούτων.

Ουτως, ὡς ἐδίδαξεν ἡ παραβολή. πατέρα δὲ τῶν μαθητῶν, ἑαυτὸν ὀνομάζει νῦν, οὐ μόνον ὡς διδάσκαλον, ἀλλὰ καὶ ὡς δημιουργόν. χρὴ γὰρ γινώσκειν, ὅτι ποτὲ μὲν, τὸν ἑαυτοῦ πατέρα λέγει πατέρα τῶν μαθητῶν, ποτὲ δὲ ἑαυτόν.

Ἔμπροσθεν δὲ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ πατρὶ ὑμῶν. ἰδίωμα γὰρ καὶ οὗτος ὁ λόγος. ἀλλὰ πῶς οὐ παρέδωκε γνώρισμα, δι' οὗ τοὺς τοιούτους μικροὺς ἐμέλλομεν ἐπιγινώσκειν; ἵνα ἀγνοοῦντες τὸν ἄξιον, μηδενὸς καταφρονῶμεν, ἀλλὰ πάντων ἐπιμελώμεθα.

Verſ. 15. Ἐὰν — μόνου.

Ἐπειδὴ σφοδρὸν κατέτεινε λόγον κατὰ τῶν σκανδαλιζόντων, καὶ πανταχόθεν αὐτοὺς ἐφόβησε, λοιπὸν μεταβαίνει καὶ ἐπὶ τοὺς σκανδαλιζομένους, καὶ κελεύει, μὴ ἀμελεῖν τῶν σκανδαλισάντων. ἀδελφὸν δὲ λέγει, τὸν ὁμόφυλον καὶ ὁμόπιστον. καὶ ἐπειδὴ ὁ σκανδαλίσας οὐκ ἂν εὐχερῶς ἔλθοι πρὸς ἀπολογίαν, ἐρυθριῶν τε καὶ αἰσχυ-

aut purgationem, rubore ac confusione detentus: ducit illum qui offendiculum passus est ad eum: Abi inquit et argue eum, hoc est, suggere quod fuerit offendiculo: doce quod iniuste egerit, fraterne tamen et in modum corrigentis, non quasi inimicus aut increpans: et vt facilius recipi possit correptio, exhortatur vt fiat inter duos tantum, ne forte publicatus improbior fiat ac incorrigibilis.

Vers. 15. *Si — tuum.*

Si tibi obedierit corrigenti, resipueritque, ac seipsum condemnauerit, magnum fecisti lucrum, ipsum videlicet fratrem tuum, membrum tuum: hunc enim perdideras propter offendiculum, diuulsum a fraterna coniunctione tua, quod grande damnum est his qui vere fratres sunt.

Vers. 16. *Si — verbum.*

Quia solus non valuisti curare, assume tecum adhuc non multos, ne ille publicari se reputans, durior efficiatur: sed vnum aut duos auxiliatores: vt si perdurauerit non mollescens, sint etiam testes tuae mansuetudinis et duritiei illius. Vtque iuxta veteris legis sententiam in ore siue per os duorum testium vel trium, stet, hoc est confirmetur omne verbum, puta te fecisse quod in te est, nihilque praetermisisse: primum enim solus abiisti ad eum, deinde aliis quoque assumptis.

Vers. 17.

+) Interposuerim αὐτὸν aut τοῦτον, i. e. τὸν σκανδαλισθέντα. Hentenius, vt videtur, Paraphrastam egit. Vix enim credibile est, illum iterum reperisse, τὸν σκανδαλισθέντα.

αἰσχυνόμενος τὸν σκανδαλισθέντα, φέρει *) πρὸς ἐκεῖνον. ὕπαγε γάρ, φησι, καὶ ἔλεγξον αὐτὸν, τουτέστιν, ὑπόμνησον, ὅτι ἐσκανδάλισε; δίδαξον, ὅτι ἠδίκησε. πλὴν ἀδελφικῶς τε καὶ διορθωτικῶς, καὶ μὴ ἐχθρωδῶς τε καὶ ἐπιπληκτικῶς. καὶ ἵνα εὐπαράδεκτος ὁ ἔλεγχος γένοιτο, προτρέπει, μεταξὺ τῶν δύο μόνων γίνεσθαι τοῦτον, μήποτε δημοσιευθεὶς, ἰταμώτερος γένηται καὶ δυσδιόρθωτος.

Verſ. 15. Ἐάν — σου.

Ἐάν σοι πεισθῇ διορθουμένῳ, καὶ μετανοήσῃ, καὶ καταγνῷ ἑαυτοῦ, ἐκέρδησας μέγα κέρδος, αὐτὸν τὸν ἀδελφόν σου, τὸ μέλος τὸ σόν. πρῶτον γὰρ ἐζημιοῦ τοῦτον, διὰ τοῦ σκανδάλου ῥηγνύμενον ἀπὸ τῆς ἀδελφικῆς σου συναφείας, ὅπερ μεγάλη ζημία τοῖς ἀληθῶς ἀδελφοῖς.

Verſ. 16. Ἐὰν — ῥῆμα.

Ἐπειδὴ μόνος ἠπόνησας ἰατρεῦσαι, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι, μὴ πολλοὺς, ἵνα μὴ πάλιν ἐκεῖνος, δόξας ἐκπομπεύεσθαι, σκληρότερος ἀποβῇ, ἀλλ' ἕνα ἢ δύο βοηθοὺς, ἵνα, εἰ ἐπιμείνῃ, μὴ μαλασσόμενος, ὦσι καὶ μάρτυρες τῆς τε σῆς χρηστότητος, καὶ τῆς ἐκείνου σκληρότητος, καὶ ἵνα, κατὰ τὴν τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας ἀπόφασιν, ἐπὶ στόματος, ἤγουν, διὰ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ, τουτέστι, βεβαιωθῇ πᾶν ῥῆμα, ὅ ἐστιν, ὅτι σὺ τὸ σὸν ἐποίησας, καὶ οὐδὲν ἐνέλιπες, πρῶτα μὲν μόνος ἀπελθὼν, ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους συμπαραλαβών.

aut purgationem, rubore ac confusione detentus: ducit illum qui offendiculum passus est ad eum: Abi inquit et argue eum, hoc est, suggere quod fuerit offendiculo: doce quod iniuste egerit, fraterne tamen et in modum corrigentis, non quasi inimicus aut increpans: et vt facilius recipi possit correptio, exhortatur vt fiat inter duos tantum, ne forte publicatus improbior fiat ac incorrigibilis.

Vers. 15. *Si — tuum.*

Si tibi obedierit corrigenti, resipueritque, ac seipsum condemnauerit, magnum fecisti lucrum, ipsum videlicet fratrem tuum, membrum tuum: hunc enim perdideras propter offendiculum, diuulsum a fraterna coniunctione tua, quod grande damnum est his qui vere fratres sunt.

Vers. 16. *Si — verbum.*

Quia solus non valuisti curare, assume tecum adhuc non multos, ne ille publicari se reputans, durior efficiatur: sed vnum aut duos auxiliatores: vt si perdurauerit non mollescens, sint etiam testes tuae mansuetudinis et duritiei illius. Vtque iuxta veteris legis sententiam in ore siue per os duorum testium vel trium, stet, hoc est confirmetur omne verbum, puta te fecisse quod in te est, nihilque praetermisisse: primum enim solus abiisti ad eum, deinde aliis quoque assumptis.

Vers. 17.

*) Interposuerim αὐτὸν aut τοῦτον, i. e. τὸν σκανδαλισθέντα. Hentenius, vt videtur, Paraphrastam egit. Vix enim credibile est, illum iterum reperisse, τὸν σκανδαλισθέντα.

Verſ. 26. *Intuitus — poſſibilia.*

Primum miti aſpectu exterritam eorum mentem conſolatus eſt. Deinde dixit: Apud homines diuites, hoc puta ſaluum fieri, impoſſibile eſt: fortiter enim auaritiae vinculis alligati ſunt, factique impotentes, vt a ſeipſis ſolis huiusmodi tyrannide liberentur. Deus autem non ſolum ſaluare hos poteſt, ſed etiam omne aliud poteſt. Saluabit ergo hos, ſi quod poſſunt ſtudium adhibentes, ac diuitias in pauperes euacuantes, ignemque cupiditatis diuitiarum extinguentes, hunc inuocauerint auxiliatorem ac libertatis aſſertorem.

Docuit ergo omnis hic ſermo, quod auarum impoſſibile eſt ſaluum eſſe, niſi quod in ſe eſt adferat ſtudium, vt dictum eſt: et Deum habeat adiutorem ad liberationem illius miſerrimae affectionis. Aiunt autem quidam, quodſi Deo omnia ſunt poſſibilia, vtique et facere malum Deo poſſibile eſt. Quibus nos dicimus, quod facere malum non eſt potentiae, ſed impotentiae. Ideo etiam Dauid peccata appellauit imbecillitates ſiue infirmitates dicens: Multiplicatae ſunt infirmitates eorum. Et Paulus ait, Quum nos eſſemus infirmi ſiue peccatores. Praeterea et alio modo iuxta Gregorium Theologum, principium mali eſt negligere bonum: quomodo autem bonum negliget, qui eſt ipſa bonitas?

Verſ. 27. *Tunc — nobis?*

Quae omnia beate Petre? An arundinem, rete, nauim, artemque piſcatoriam? Vtique inquit, quae et [illegible]anta habebam: mea ſiquidem voluntas integra fuit. Quum ergo dixiſſet ſaluator adoleſcenti,

ſi

Verſ. 26. Ἐμβλέψας — δυνατά.

Πρῶτον ἡμέρῳ βλέμματι φρίττουσαν αὐτῶν τὴν διάνοιαν παρηγόρησεν, εἶτα εἶπεν, ὅτι παρὰ ἀνθρώποις πλουσίοις τοῦτο, δηλαδὴ τὸ σωθῆναι, ἀδύνατόν ἐστι. δεδεσμημένοι γὰρ ἰσχυρῶς ταῖς σειραῖς τῆς φιλαργυρίας, ἀδυνατοῦσιν ἀφ' ἑαυτῶν μόνων ἐλευθερωθῆναι τῆς τοιαύτης τυραννίδος. ὁ δὲ Θεὸς οὐ μόνον σῶσαι τούτους δύναται, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἕτερον δύναται. σώσει δὲ τούτους, ἐὰν τὴν παρ' ἑαυτῶν σπουδὴν εἰσφέροντες, καὶ κενοῦντες τὸν πλοῦτον εἰς πένητας, καὶ σβεννύοντες τὸ πῦρ τῆς ἐπιθυμίας τῶν χρημάτων, ἐπικαλέσωνται καὶ τοῦτον ἐπίκουρον καὶ συλλήπτορα τῆς ἐλευθερίας.

Ἐδίδαξε τοίνυν ὁ σύμπας λόγος, ὅτι ἀδύνατον σωθῆναι φιλάργυρον, ἐὰν μὴ τὴν παρ' ἑαυτοῦ σπουδὴν εἰσφέρων, ὡς εἴρηται, σχοίη καὶ τὸν Θεὸν βοηθὸν τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ τοιούτου χαλεπωτάτου πάθους. φασὶ δέ τινες, ὅτι ἐὰν πάντα δυνατὰ τῷ Θεῷ, δυνατὸν ἄρα τῷ Θεῷ καὶ τὸ κακόν. πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι τὸ κακὸν οὐκ ἔστι δυνάμεως, ἀλλ' ἀδυναμίας. διὸ καὶ ὁ Δαυὶδ τὰς ἁμαρτίας, ἀσθενείας ὠνόμασεν, εἰπών, ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι [g]) αὐτῶν. καὶ ὁ Παῦλος δὲ φησίν, ὄντων ἡμῶν [h]) ἀσθενῶν, ἤγουν, ἁμαρτωλῶν. καὶ ἑτέρως δὲ, κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, ἀρχὴ τοῦ κακοῦ, τὸ ἀμελῆσαι τοῦ ἀγαθοῦ. πῶς δ' ἂν ἀμελήσῃ τοῦ ἀγαθοῦ ἡ αὐτοαγαθότης;

g) Pſ. 15, 4.
h) Rom. 5, 6.

Verſ. 27. Τότε — ἡμῖν;

Ποῖα πάντα, ὦ μακάριε Πέτρε; τὸν κάλαμον, τὸ δίκτυον, τὸ πλοῖον, τὴν ἁλιευτικήν; ναί φησιν, ἃ εἶχον, καὶ ὅσα εἶχον. ἡ προαίρεσίς μου γὰρ ἐντελής. εἰπόντος οὖν τοῦ σωτῆρος πρὸς τὸν

si vis perfectus esse, abi, vende quae habes, et da pauperibus, habebisque thesaurum in coelo: timuit Petrus sibi ac condiscipulis: quasi ipsi minus fecissent, quia non vendiderant quae habebant, nec dederant pauperibus: ideo etiam ait, Ecce nos non vendidimus, nec pauperibus dedimus, sed simpliciter omnia quae habebamus reliquimus, et sequuti sumus te: quid ergo erit nobis retributionis?

Vers. 28. *Iesus autem — Israel.*

Regenerationem dicit nunc a mortuis resurrectionem, quasi iteratam viuificationem. Quid ergo? sedebunt tunc Apostoli et iudicabunt? Nequaquam: solus enim Christus sedebit, et solus ipse iudicabit. Sed per duodecim sedes innuit fruitionem siue requiem ac praecellentiam duodecim discipulorum, et regni sui communicationem. Iudicantes autem dicit, hoc est condemnantes. Ait ergo: Fruemini tunc siue requiescetis, et praecelletis ac conregnabitis mihi, condemnantes Israelitas: non quod ipsi iudicaturi sint, sed sicut vicesimo tertio capite dicebat Niniuitas ac reginam Austri condemnaturos generationem illam: ita et hos nunc condemnaturos ait duodecim tribus Israel. Ideo enim non dicit gentes aut orbem, sed solos Israelitas suos contribules, suos cognatos. Condemnabunt enim eos non quasi iudicantes, sed quia is qui iudicabit, a fide horum sit condemnaturus illos. Siquidem quum eisdem moribus ac legibus et hi et illi sint enutriti: hi tamen crediderunt, illi vero credere noluerunt.

Quid

νεανίσκον, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θυσαυρὸν ἐν οὐρανῷ· ἐδειλίασεν ὁ πέτρος περί τε ἑαυτοῦ καὶ περὶ τῶν μαθητῶν, ὡς ἡλαττωμένων, διὰ τὸ μὴ πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δοῦναι πτωχοῖς. διὸ καί φησιν· ἰδοὺ ἡμεῖς οὐκ ἐπωλήσαμεν, οὔτε μὴν ἐδώκαμεν πτωχοῖς, ἀλλ' ἀφήκαμεν ἁπλῶς πάντα, ὅσα εἴχομεν, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι, τί ἄρα ἔσται ἡμῖν εἰς ἀμοιβήν;

Verſ. 28. Ὁ δὲ ἰησοῦς — ἰσραήλ.

Παλιγγενεσίαν λέγει νῦν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ὡς παλινζωίαν. τί οὖν; καθεδοῦνται καὶ οἱ ἀπόστολοι τότε, καὶ κρινοῦσιν; οὐδαμῶς. μόνος γὰρ ὁ χριστὸς καθίσει, καὶ μόνος αὐτὸς κρινεῖ. ἀλλὰ διὰ μὲν τῶν δώδεκα θρόνων παρεδήλωσε, τὴν τότε ἀνάπαυσιν, καὶ προτίμησιν τῶν δώδεκα μαθητῶν, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ. κρίνοντες δέ, φησιν, ἀντὶ τοῦ, κατακρίνοντες. εἶπεν οὖν, ὅτι ἀναπαυθήσεσθε τότε, καὶ προτιμηθήσεσθε, καὶ συμβασιλεύσετέ μοι, κατακρίνοντες τοὺς ἰσραηλίτας, οὐχ ὡς αὐτοὶ δικάζοντες, ἀλλ', ὥσπερ ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοὺς νινευΐτας ἔφησε καὶ τὴν βασίλισσαν τοῦ νότου κατακρίνειν τὴν γενεὰν ἐκείνην, οὕτω καὶ νῦν τούτους τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ ἰσραήλ. διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ εἶπε τὰ ἔθνη, οὐδὲ τὴν οἰκουμένην, ἀλλὰ μόνους τοὺς ἰσραηλίτας, τοὺς ὁμοφύλους, τοὺς συγγενεῖς. κατακρινοῦσι γὰρ αὐτούς, οὐχ ὡς δικάζοντες, ὡς εἰρήκαμεν, ἀλλ' ὡς, τοῦ δικάζοντος ἀπὸ τῆς τούτων πίστεως καταδικάζοντος αὐτούς, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἐνετράφησαν οὗτοί τε κἀκεῖνοι νόμοις καὶ ἤθεσι, καὶ ὅμως οὗτοι μὲν ἐπίστευσαν ἐκεῖνοι δὲ ἠπίστησαν.

Quid ergo, Iudasne etiam sedem habebit et condemnabit? Nequaquam: communis enim facta est promissio ad duodecim discipulos, ne per hanc Iudas in vllo caeteris deterior haberetur: ipse vero animae prauitate seipsum hac priuauit. Est enim Dei lex a Ieremia promulgata ad Iudaeos, quae dicit, si conuersa fuerit gens illa ab iniquitatibus suis, poenitebit et me malorum quae cogitaueram facere illis. Deinde ait, Et si fecerit malum coram me, vt non audiat vocem meam, poenitebit et me de bonis quae decreueram facere illis. Quid ergo ait ista lex? Si comminatus fuero vt faciam tibi malum, et tu corrigaris, solues meam sententiam: et si promisero tibi bona, et ignauiter egeris, solues meam promissionem: tua enim causa factus es ea indignus. Poenitentiam ergo in Deo intelligimus propositi mutationem, cuius nos omnino causa sumus. Scire autem oportet, quod discipulis connumerat eos, qui postmodum in chorum duodecim discipulorum subingressuri sunt, vtpote eandem fidem idemque ministerium suscepturi.

Vers. 29. *Et — haereditate accipiet.*

Vobis quidem duodecim contingent quae dixi, caeteris vero credentibus erunt haec et ista. Matthaeus itaque dixit, Propter nomen meum, id est propter me. Marcus autem addidit, Et propter euangelium, hoc est propter praedicationem. Lucas vero ait, Propter regnum Dei, vt scilicet illud consequatur. Quemadmodum autem quando dicebat, Qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam: non hoc dicebat, vt nosipsos interimamus, sed vt ipsi etiam animae nostrae, fidem quae in ipsum est praeponamus. Ita et nunc dicens,

Τί δὲ, καὶ ὁ ἰέδας θρόνον ἕξει, καὶ κατακρινεῖ; ἐχί. κοινὴ μὲν γαρ ἡ ἐπαγγελία πρὸς τοὺς δώδεκα μαθητὰς, ἵνα μηδ' ἐν ταύτῃ τῶν ἄλλων ὁ ἰέδας ἐλαττωθείη. φαυλότητι δὲ ψυχῆς αὐτὸς ἑαυτὸν ταύτης ἀπεςέρησεν. ἔςι γὰρ νόμος τοῦ θεῦ παρὰ ἰερεμίε πρὸς ἰεδαίες ἐκφωνηθεὶς, καὶ λέγων· ἐὰν [i]) ἐπιςρέψῃ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ τῶν κακιῶν αὐτῶν, μετανοήσω κἀγὼ ἀπὸ τῶν κακῶν, ὧν ἐλογισάμην ποιῆσαι αὐτοῖς. εἶτα, καὶ ἐὰν ποιήσωσι τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν με, τῦ μὴ ἀκέειν τῆς φωνῆς με, μετανοήσω κἀγὼ περὶ τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐλάλησα τῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. τί οὖν φησὶν οὗτος ὁ νόμος; ὅτι ἐὰν ἀπειλήσω κακῶσαί σε, καὶ διορθωθῇς, λύσεις μου τὴν ψῆφον· καὶ ἐὰν ὑπόσχωμαί σοι ἀγαθὰ, καὶ ῥαθυμήσῃς, λύσεις μου τὴν ἐπαγγελίαν. σὺ γὰρ αἴτιος, ἀνάξιος ταύτης γενόμενος. μετάνοιαν γὰρ ἐπὶ τῦ θεῦ, τὴν ἐναλλαγὴν τῦ σκοπῦ νοοῦμεν, ἧς αἴτιοι πάντως ἡμεῖς. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τοῖς δώδεκα μαθηταῖς συναριθμεῖ καὶ τοὺς ὕςερον ἀντεισαχθέντας εἰς τὸν χορὸν τῶν δώδεκα μαθητῶν, ὡς τὴν αὐτὴν καὶ πίςιν καὶ διακονίαν ἀναδέξασθαι μέλλοντας.

i) Ier. 18, 8. 10.

Verſ. 29. Καὶ — κληρονομήσει.

Ὑμῖν μὲν τοῖς δώδεκα γενήσεται, καθὼς εἴρηκα, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσι, τοῖς πιςεύουσιν, ἔςαι τάδε καὶ τάδε. ματθαῖος μὲν οὖν εἶπεν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἀντὶ τοῦ, δι' ἐμέ. μάρκος δὲ προσέθηκεν, ὅτι καὶ τοῦ [k]) εὐαγγελίε, τετέςι, καὶ διὰ τὸ κήρυγμα. λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι ἕνεκεν [l]) τῆς βασιλείας τοῦ θεῦ, ἤγουν, διὰ τὴν βασιλείαν τῦ θεῦ, ἵνα τύχῃ ταύτης. ὥσπερ δὲ, ὅταν ἔλεγεν, ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτῦ ἕνεκεν ἐμῦ, εὑρήσει αὐτὴν, ἐ τοῦτο ἔλεγεν, ἵνα ἀναιρῶμεν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς

k) Marc. 10, 29.
l) Luc. 18, 29.

cens, Qui reliquerit vxorem: non hoc dixit, vt nuptias penitus diuidat, sed vt ipsi quoque coniugi praeponamus et ipsum et euangelium, et regnum Dei. Hoc autem et in omni alia cognatione et familiaritate dicendum est.

Marcus praeterea et Lucas manifestius de his recitantes, centuplam retributionem hoc tempore rependi dicunt, in hoc videlicet seculo, vitam autem aeternam venturo siue futuro. Centupla vero, hoc est, varie multiplicata, aut multo plura, sicut dixit Lucas. Sed quomodo varie multiplicatam accipiet quis hanc retributionem in praesenti seculo? Quomodo? Sicut acceperunt Apostoli et martyres caeterique omnes iusti. Vide enim quod omnium fidelium domus sibi habebant apertas: fratres etiam et sorores parauerunt omnes sanctos et sanctas: patres vero omnes ipsos colentes, ipsorumque curam habentes, ac erga ipsos compassionis affectu tactos: nam haec sunt propria patris: matres quoque omnes pari modo se habentes: vxores vero omnes ministrantes, subseruientes ac curantes eos: haec siquidem vxoris sunt opera: filios praeterea, omnes discipulos. Ad haec omnes fidelium agros in sua potestate habebant: quodque omnium est maxime admirabile, omnia haec habebant cum persequutionibus, prout addidit Marcus, hoc est a fidei inimicis persequutionem sustinentes. Potest etiam esse multiplicatio, gratia sanitatum, aut prophetia, aut aliud quippiam simile.

Vers. 30. *Multi — primi.*

Multi qui hic videntur primi, erunt ibi postremi. Hoc autem et simpliciter de omnibus dictum est, vt

*) ἂν, addit. B.

ἡμῶν προτιμῶμεν τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν· οὕτω καὶ νῦν λέγων, ὃς ἀφῆκε γυναῖκα, οὐχ ἵνα διασπῶμεν ἁπλῶς τοὺς γάμους, τοῦτό φησιν, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ αὐτῆς τῆς συζύγου προτιμῶμεν καὶ αὐτὸν, καὶ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πάσης ἄλλης συγγενείας καὶ οἰκειότητος.

Μάρκος δὲ καὶ λουκᾶς φανερώτερον περὶ τούτων ἐκθέμενοι, τὴν ἑκατονταπλασίονα[m]) ἀμοιβὴν τῷ καιρῷ τούτῳ ἀποκεκληρῶσθαί φασιν, ἤγουν, τῷ νῦν αἰῶνι· τὴν δὲ αἰώνιον ζωὴν, τῷ ἐρχομένῳ, εἴτουν, τῷ μέλλοντι. ἑκατονταπλασίονα δὲ, ἀντὶ τοῦ, πολλαπλασίονα. οὕτω γὰρ[8]) εἶπεν ὁ λουκᾶς. ἀλλὰ πῶς ἄν τις λάβοι τὴν πολλαπλασίονα ταύτην ἀμοιβὴν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. πῶς; ὡς ἔλαβον οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες καὶ οἱ δίκαιοι ἅπαντες. ὅρα γὰρ, ὅτι πάσας τὰς πάντων τῶν πιστῶν οἰκίας ἔσχον ἀναπεπταμένας αὐτοῖς, καὶ ἀδελφοὺς μὲν καὶ ἀδελφὰς ἐκτήσαντο πάντας τοὺς ἁγίους καὶ πάσας τὰς ἁγίας, πατέρας δὲ πάντας τοὺς στέργοντας καὶ φροντίζοντας καὶ σπλαγχνιζομένους ἐπ᾽ αὐτοῖς. ταῦτα γὰρ ἴδια πατρός. μητέρας δὲ, πάσας τὰς ὁμοίως ἐχούσας· γυναῖκας δὲ πάσας τὰς διακονούσας καὶ ὑπηρετούσας καὶ ἐπιμελομένας αὐτῶν. ταῦτα γὰρ ἔργα γυναικός. τέκνα δὲ, πάντας τοὺς μαθητάς. ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀγροὺς τῶν πιστῶν εἶχον εἰς ἐξουσίαν. καὶ τὸ παραδοξότατον· πάντα ταῦτα ἔσχον μετὰ διωγμῶν, ὡς ὁ μάρκος[n]) προσέθηκεν· ὅ ἐστι, διωκόμενοι παρὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς πίστεως. εἴη δ᾽ ἂν πολλαπλασίων ἀμοιβὴ, καὶ ἡ χάρις τῶν ἰαμάτων, ἢ τοῦ προβλέπειν τὸ μέλλον, ἢ τοιούτου τινός.

m) Marc. 10, 30. 18, 30.

n) Marc. 10, 30.

Verſ. 30. Πολλοὶ — πρῶτοι.

Πολλοὶ πρῶτοι δοκοῦντες ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἔσονται ἔσχατοι κατὰ τὸν μέλλοντα, καὶ τοὐναντίον,

vt nunquam hi qui praeponuntur in vita, extollantur: neque qui hic despiciuntur, animum despondeant: et praecipue ad Pharisaeos eisque similes sermo refertur, qui primatus totis vendicabant viribus. Quia vero non omnes eo tempore credebant, sed alii quidem prius, alii vero postea, ponit parabolam quae posteriores consoletur animaeque iniiciat alacritatem, quam totam pariter necesse est primum accipere, ita exposcente eius enarratione, et demum ea quae videbuntur similiter de ea dicere: quanquam enim longiuscula sit, apta tamen est vt facile capi possit.

Cap. XLII. De mercede conductis operariis.

Cap. XX. v. 1. *Simile — v. 15. in rebus meis?*

Huius omnis parabolae solum exponenda sunt quae opportuna videntur, veluti monet Chrysostomus: caetera vero non sunt curiose scrutanda, sicut vicesimo quarto capite praediximus. In hac enim regnum coelorum intelligitur ipse Christus, sicut in parabolis frequenter diximus. Vinea autem eius, euangelica ipsius praecepta sunt. Operarii vero huiusmodi vineae, homines operatores talium praeceptorum. Tempus operationis, praesens vita. Diluculum vero, hora tertia, sexta, nona, et vndecima, variae hominum aetates quibus ad fidem veniunt, et probi facti Deo placent. Dilucu-

9) Scribendum videtur, τοὺς τῶν.

r) Hoc loco pro κελεύει. Explicat haec Chrysost. T. VII. p. 638. A. seq. Locum autem Euthymius potissimum respicit ibid. E. οὐ χρὴ πάντα τὰ ἐν ταῖς παραβολαῖς κ. τ. λ.

ἔσχατοι δοκοῦντες ἐνταῦθα, ἔσονται πρῶτοι ἐκεῖ. τοῦτο δὲ εἴρηται μὲν καὶ περὶ πάντων ἁπλῶς, ἵνα μήτε οἱ κατὰ τὸν παρόντα βίον προτιμώμενοι ἐπαίρωνται, μήτε οἱ ἐνταῦθα καταφρονούμενοι ἀθυμῶσι· μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς φαρισαίους, καὶ τοὺς τοιούτους, ὁ λόγος ἀποτέταται,[9]) τῶν πρωτείων ἰσχυρῶς ἀντιποιουμένους. ἐπεὶ δὲ οὐ πάντες κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πιστεύουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν πρῶτον, οἱ δὲ ὕστερον, τίθησι παραβολὴν παραμυθουμένην τοὺς ὑστεροῦντας, καὶ προθυμίαν αὐτοῖς ἐμβάλλουσαν, ἣν ὁμοῦ πᾶσαν ἀναγκαῖον ἐκθέσθαι πρῶτον, οὕτως ἀπαιτούσης τῆς ἐξηγήσεως αὐτῆς· εἶτα λοιπὸν ὁμοῦ καὶ τὰ δοκοῦντα περὶ ταύτης εἰπεῖν. εἰ γὰρ καὶ μακρά τίς ἐστιν, ἀλλ' εὔληπτος πέφυκεν.

Κεφ. ΜΒ. Περὶ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν.

Cap. XX. v. 1. Ὁμοία — v. 15. ἐν τοῖς ἐμοῖς;

Τῆς ὅλης ταύτης παραβολῆς τὰ καίρια μόνον ἑρμηνευτέον, ὡς ὁ χρυσόστομος[1]) ἐπιτρέπει, τἄλλα δ' οὐ περιεργαστέον, ὡς καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ προδιελάβομεν. νοεῖται γὰρ ἐν ταύτῃ βασιλεία μὲν τῶν οὐρανῶν, αὐτὸς ὁ χριστὸς, καθὼς πολλαχοῦ τῶν παραβολῶν εἰρήκαμεν· ἀμπελὼν δὲ αὐτοῦ, αἱ εὐαγγελικαὶ ἐντολαὶ αὐτοῦ· ἐργάται δὲ τοῦ τοιούτου ἀμπελῶνος, οἱ ἐργάται τῶν τοιούτων ἐντολῶν ἄνθρωποι· καιρὸς δὲ τῆς ἐργασίας, ὁ παρὼν βίος· πρωῒ δὲ καὶ τρίτη ὥρα καὶ ἕκτη καὶ ἐνάτη καὶ ἑνδεκάτη, αἱ διάφοροι τῶν ἀνθρώπων ἡλικίαι, καθ' ἃς τῇ πίστει

προσ-

Diluculum ſiquidem ſiue prima hora, aetas eſt eorum, qui ab infantia vocati ſunt ad dicta praecepta. Tertia autem hora, aetas epheborum. Sexta vero, virorum. Nona, ſenum: et vndecima, decrepitorum, quibus breue eſt reliquum vitae tempus.

Exiit ergo Chriſtus in mundum, tum per ſeipſum, tum per Apoſtolos, eosque praeceptores qui illos ſequuti ſunt, vt mercede conduceret operarios in vineam ſuam, quae botros fructificat virtutum, laetificantes patremfamilias, qui dominus eſt vniuerſi. Merito autem dixit, Vt mercede conduceret: merces enim repoſita eſt praeceptorum operariis, puta cuiusque ſalus: hanc enim intelligimus eſſe denarium. Effingit autem parabola primos murmurantes, impoſitumque illis ſilentium: non quod in regno coelorum futura ſit inuidia. Nam ſi hic adhuc viuentes iuſti ſuas animas pro hominibus ponunt, multo magis ibi, videntes eos ſaluos eſſe gaudent. Sed tale figuratum eſt murmur, impoſitumque ſilentium, ad ſolam demonſtrationem diuinae benignitatis erga eos, qui poſtremi veniunt, vt confidant quod nihil illis oberit poſtremos veniſſe, ſi deinceps operati fuerint.

Et nos ſiquidem vbi aliquem multo dignati fuerimus honore, et poſtmodum voluerimus huiusmodi magnitudinem demonſtrare, ſolemus dicere quod quidam ob tantum honorem murmurabant. Hoc autem dicimus non illum reprehendentes, ſed hunc ad gratiarum actionem excitantes.

Quare autem non omnes ſimul vocauit ad vineam? Quia non ſimul omnes inuenit: impoſſibile enim erat eodem tempore, vt praediximus, eadem-

προσέρχονται, καὶ εὐδοκιμοῦσι. πρωῒ μὲν γὰρ, ἤτοι, πρώτη ὥρα, ἡ ἡλικία τῶν νηπιόθεν κληθέντων εἰς τὰς ῥηθείσας ἐντολάς· τρίτη δὲ ὥρα, ἡ ἡλικία τῶν ἐφήβων· ἕκτη δὲ, ἡ τῶν ἀνδρῶν· ἐνάτη δὲ, ἡ τῶν γερόντων· ἑνδεκάτη δὲ, ἡ τῶν βαθυγερόντων, εἴτουν, τῶν ἐχόντων βραχὺ λείψανον χρόνου ζωῆς ὑπολελειμμένον.

Ἐξῆλθεν οὖν ὁ χριςὸς εἰς τὴν οἰκουμένην, τοῦτο μὲν, δι' ἑαυτοῦ, τοῦτο δὲ, διὰ τῶν ἀποςόλων, καὶ διὰ τῶν μετ' αὐτοὺς διδασκάλων, μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, τὸν καρποφοροῦντα βότρυας ἀρετῶν, εὐφραίνοντας τὸν οἰκοδεσπότην, τὸν τῆς οἰκουμένης δεσπότην. εἰκότως δὲ εἶπε, μισθώσασθαι. μισθὸς γὰρ ἀπόκειται τοῖς ἐργάταις τῶν ἐντολῶν, ἡ ἑκάςȣ σωτηρία. ταύτην γὰρ νοοῦμεν, δηνάριον. πλάττει δὲ τοὺς πρώτους ἡ παραβολὴ γογγύζοντας, καὶ ἐπιςομιζομένους, οὐχ ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ȣρανῶν ἔςαι φθόνος· εἰ γὰρ ἐνταῦθα ὄντες οἱ δίκαιοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων τιθέασι, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖ τούτȣς βλέποντες σωζομένους χαίρουσιν· ἀλλ' ὁ τοιȣ̃τος ἐσχημάτιςαι γογγυσμὸς, καὶ ἡ ἐπιςόμισις, εἰς ἔμφασιν μόνον τῆς τοῦ θεȣ̃ περὶ τοὺς ἔσχατον προσερχομένȣς φιλανθρωπίας, ἵνα θαῤῥῶσιν, ὡς ȣδὲν ἐμποδιζȣ́σης τῆς ὑςερήσεως, ἐὰν εἰς τὸ ἑξῆς ἐργάζωνται.

Καὶ ἡμεῖς γὰρ, ὅταν τινα πολλῆς ἀξιώσωμεν τιμῆς, εἶτα βȣληθῶμεν ἐμφῆναι τὴν ταύτης ὑπερβολὴν, εἰώθαμεν λέγειν, ὅτι ὁ δεῖνα ἐγόγγυσε διὰ τὴν τοσαύτην τιμήν. τοῦτο δὲ λέγομεν, ȣ̓κ ἐκεῖνον διαβάλλοντες, ἀλλὰ τοῦτον διεγείροντες εἰς εὐχαριςίαν.

Διατί δὲ οὐχ ὁμοῦ πάντας ἐκάλεσεν εἰς τὸν ἀμπελῶνα; διότι οὐχ ὁμȣ̃ πάντας εὗρεν. ἀδύνατον γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὡς προειρήκαμεν, καὶ

demque aetate omnes accedere. Tunc autem vnumquemque inuenit, quum ille obediens efficitur. Ait enim Paulus: Vbi vero beneplacuit ei, vt me separaret ab vtero matris meae. Tunc autem beneplacuit, quando hic obediuit. Docet itaque parabola, ne eos qui extrema senectute accedunt reprobemus: sed sciamus quod possibile sit breui etiam studio ac diligentia saluari. Hic siquidem scopus eius est. Oportet autem nos solo ipsius scopo adepto, caetera non magnipendere: reliqua enim omnia propter finale intentum composita sunt, vt facilius excipiatur: neque periculo vacat, etiam illa scrutari, veluti tradit Chrysostomus capite de parabolis.

† Intelligi potest pondus et aestus diei, grauitas tentationum, et ignis indomitarum voluptatum, ac ferocium affectionum quae portauerunt siue sustinuerunt, ne ab eis uincerentur.

Vers. 15. *Si — sum.*

Quod, pro sed, hic sumitur. Ait enim, si oculus tuus inuidus est, atqui ego bonus sum, seruans et te et illum. Tu vero ne ex hoc turberis quasi aequalia dentur brauia his qui a prima aetate vsque ad finem euangelica seruauerunt praecepta, et his qui in postrema aetate acquieuerunt. Solum enim docuit parabola quod aequaliter salui fiunt, non

[2]) Multoties de his praecipit Chrysostomus. Sed Euthymius, vt videtur, in mente habuit. T. VII. p. 487. E.

[3]) Inclusa Codex vterque habet in margine.

[4]) Hanc interpretationem peperit lectio εἰ, loco ἤ. Eam innexit Chrysost. T. VII. p. 637. D. 638. C. qui tamen istud εἰ — ὅτι prudenter, vt solet, non attin-

καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν πάντας προσελθεῖν. τότε δὲ εὑρίσκει ἕκαστον, ὅταν οὗτος ὑπακοῦσαι μέλλῃ· φησὶ γὰρ ὁ παῦλος, ὅτε δὲ εὐδόκησεν [o]) ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου· τότε δὲ εὐδόκησεν, ὅτε οὗτος ἔμελλεν ὑπακούειν. ἡ μὲν οὖν παραβολὴ διδάσκει, τοὺς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ προσερχομένους μὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ γινώσκειν, ὅτι δυνατὸν καὶ ἐν βραχείᾳ σπουδῇ σωθῆναι. τοῦτο γὰρ ὁ ταύτης σκοπός. χρὴ δὲ ἡμᾶς τὸν σκοπὸν μόνον αὐτῆς δρεψαμένους, τἄλλα μὴ πολυπραγμονεῖν. τἄλλα γὰρ πάντα διὰ τὸν σκοπὸν συνετέθησαν, ἵνα πιθανὸς γένηται, καὶ οὐκ ἀκίνδυνον τὸ καὶ περὶ τούτων ζητεῖν, ὡς ὁ χρυσόστομος ἐν τῷ [2]) περὶ παραβολῶν κεφαλαίῳ παραδέδωκεν.

o) Gal. 1, 15.

[Νοοῖτο [3]) δ' ἂν βάρος καὶ καύσων τῆς ἡμέρας, τὸ βάρος τῶν πειρασμῶν καὶ τὸ πῦρ τῶν ἀτιθάσσων ἡδονῶν καὶ ἀγρίων παθῶν, ἅπερ ἐβάστασαν, εἴτουν, ὑπέμειναν, μὴ ἐνδόντες αὐτοῖς.]

Verf. 15. Εἰ — εἰμι;

Τὸ ὅτι, ἀντὶ τοῦ, [4]) ἀλλά. λέγει γὰρ, ὅτι ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου βάσκανός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ἐγὼ ἀγαθός εἰμι, σώζων μὲν καὶ σὲ, σώζων δὲ καὶ τοῦτον. σὺ δὲ μὴ θορυβηθῇς ἐντεῦθεν, ὡς ἴσων βραβείων παρεχομένων καὶ τοῖς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἄχρι τέλους ἐργασαμένοις τὰς εὐαγγελικὰς ἐντολὰς, καὶ τοῖς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ εὐαρεστήσασιν. ἡ παρα-

attingit. Εἰ et ἢ est mera confusio vocalium. Ex interprete Latino nihil colligi potest. Nam is recte poterat reddere ἢ per *an*. Ceterum, etiamsi probetur εἰ, tamen nulla est necessitas, ὅτι explicandi per ἀλλά. modo post ἐμοῖς deleatur interrogandi nota.

non quod etiam aequaliter glorificantur: salus siquidem est non perire: gloria vero, consequi brauia quae varia sunt iuxta proportionem data his qui seruantur.

Vers. 16. *Sic — nouissimi.*

Non hoc ex parabola conclusit: nam impertinens est. Ibi enim primis aequales sunt postremi, hic autem postremi dicuntur primi. Sed alius est hic sermo, docens quod sicut illud accidit, vt qui a prima aetate operati sunt, aequalem accipiant mercedem his qui in postrema acquieuerunt: ita sane et hoc contingit, vt nouissimi appareant primi, et primi nouissimi. Possunt autem hi esse Christiani et Iudaei: aut fidelium quidam in principiis negligentes, postmodum vero serio operam dantes: quidam autem in principiis diligentes, postmodum vero negligentes: neque enim in fide solum, sed in vita quoque fiunt huiusmodi transitus.

Vers. 16. *Multi — electi.*

Multi quidem ad fidem vocati sunt, pauci vero acquiescunt.

Vers. 17. *Et — v. 19. crucifigatur.*

Ascendens iam ad passionem rursum praedicit discipulis quae futurum est vt ipsi contingant, vt crebro illis praedicendo, auferat vehementem eorum tristitiam. Seorsim autem de his differit illis. Siquidem non multos haec scire oportebat ne

5) ἴσοι. Ita saepe variant Codd. MSS. in hoc vocabulo.
6) Ac si, μεταβάσεις legerit, Hentenius.
7) τούτῳ. A. Mox idem omittit τοὺς, ante πολλούς.

παραβολὴ γὰρ μόνον ἐδίδαξεν, ὅτι ἐπίσης σώζονται, οὐ μὴν ὅτι καὶ ἐπίσης δοξάζονται. σωτηρία μὲν γὰρ, τὸ μὴ ἀπολέσθαι· δόξα δὲ, τὸ τυχεῖν βραβείων, ἃ διάφορά εἰσι κατὰ ἀναλογίαν διδόμενα τοῖς σωζομένοις.

Verſ. 16. Οὕτως — ἔσχατοι.

Οὐκ ἐκ τῆς παραβολῆς τοῦτο συνεπέρανεν· ἀνοίκειον γάρ· διότι ἐκεῖ μὲν ἴσοι[5]) τοῖς πρώτοις οἱ ἔσχατοι· ἐνταῦθα δὲ οἱ ἔσχατοι πρῶτοι· ἀλλ' ἕτερος οὗτος ὁ λόγος, διδάσκων, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνο γίνεται, τὸ τοῖς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐργασαμένοις ἴσον μισθὸν λαβεῖν τοὺς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ εὐαρεστήσαντας· οὕτως ἄρα καὶ τοῦτο γίνεται, τὸ τοὺς ἐσχάτους πρώτους φανῆναι, καὶ τοὺς πρώτους ἐσχάτους. εἶεν δ' ἂν οἵ τε χριστιανοὶ, καὶ οἱ ἰουδαῖοι, καὶ τῶν πιστῶν οἱ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀμελήσαντες, ὕστερον δὲ σπουδάσαντες, καὶ οἱ ἐν ἀρχῇ μὲν σπουδάσαντες, ὕστερον δὲ ἀμελήσαντες. οὐ γὰρ ἐπὶ πίστεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ βίου αἱ τοιαῦται[6]) μεταβολαί.

Verſ. 16. Πολλοὶ — ἐκλεκτοί.

Πολλοὶ μὲν, οἱ καλούμενοι εἰς τὴν πίστιν· ὀλίγοι δὲ, οἱ εὐαρεστοῦντες.

Verſ. 17. Καὶ — v. 19. σταυρῶσαι.

Ἀνερχόμενος ἐπὶ τὸ πάθος ἤδη, πάλιν προλέγει τοῖς μαθηταῖς τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν, ἐν τῷ πυκνῶς ταῦτα προλέγειν τὸ πολὺ τῆς λύπης αὐτῶν ὑποτεμνόμενος. κατιδίαν δὲ αὐτοῖς περὶ τούτων[7]) διαλέγεται, διότι οὐκ ἔδει ταῦτα μαθεῖν τοὺς πολλοὺς, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν. εἰ

ne offenderentur. Nam si haec audientes discipuli turbabantur, multo magis turbae.

Cur ergo non dictum est de his et ad turbas? Dictum est quidem, sed non manifeste: Sic erit inquit filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus: et alibi similia illis obscure dicebat, sicut in sequentibus inueniemus. Verum quum haec non intelligerent, quare omnino ea dicebat illis? Vt quum postmodum ea cognoscerent, scirent quod quae passurus erat praecognouerat, et voluntarie ad passionem venerat.

Sed neque discipulis principio particulariter de his loquutus est, sed primum quidem obscure, deinde manifestius. Nunc vero quum tandem passionis opinione exercitati sunt, etiam alia particularius addit: quod tradent eum Gentibus siue militibus Romanis; praesidem agente Ierosolymis Pilato, quodque hi illudent eum et flagellabant ac crucifigent.

Vers. 19. *Et — resurget.*

Vbi tristia dixisset, addit etiam quod consolationem adferat: vt quum illa viderint, etiam hoc expectent. Lucas vero Christum quoque eis dixisse ait: Et consummabuntur omnia quae dicta sunt per prophetas de filio hominis, et quod ipsi nihil horum intellexerunt. Prophetae siquidem particulariter de omnibus quae passurus erat praedixerunt, et nisi in longum protrahendus esset sermo, omnes de his afferrem in medium prophetias: discipuli vero tunc nihil horum intellexerunt, quae videlicet per prophetas scripta erant, sed erat sicut idem scripsit Lucas, verbum hoc abscon-

[8]) ὡς αὐτός. B.

γὰρ οἱ μαθηταὶ ταῦτα ἀκούοντες ἐθορυβοῦντο, πολλῷ μᾶλλον οἱ ὄχλοι.

Τί οὖν, οὐκ ἐλέχθη περὶ τούτων καὶ πρὸς τοὺς πολλούς; ἐλέχθη μὲν, ἀλλ' οὐχ οὕτω σαφῶς. οὕτω γὰρ, φησιν, ἔσται p) καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τοιαῦτα πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ἀσαφῶς, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν. καὶ ἐπεὶ οὐ συνίεσαν αὐτὰ, διατί ὅλως ταῦτα πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν; ἵνα μετὰ ταῦτα μαθόντες αὐτὰ γνῶσιν, ὅτι προγινώσκων, ἃ παθεῖν ἔμελλεν, ἑκὼν ἦλθεν εἰς τὸ παθεῖν.

p) Matt. 12, 40.

Ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθηταῖς οὐκ ἐξ ἀρχῆς λεπτομερῶς εἶπε περὶ τούτων, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀμυδρότερον, εἶτα φανερώτερον. νῦν δὲ, ὅτε λοιπὸν ἐνεγυμνάσθησαν τῇ προσδοκίᾳ τοῦ πάθους, λεπτομερέστερον καὶ τὰ ἄλλα προστίθησιν, ὅτι καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν, ἤγουν, τοῖς ἐκ ῥώμης στρατιώταις τοῦ ἡγεμονεύοντος ἐν ἱεροσολύμοις πιλάτου, καὶ ὅτι ἐμπαίξουσιν οὗτοι αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν καὶ σταυρώσουσιν.

Vers. 19. Καὶ — ἀναστήσεται.

Εἰπὼν τὰ λυποῦντα, λέγει καὶ τὸ παραμυθούμενον, ἵνα ὅταν ἴδωσιν ἐκεῖνα, προσδοκήσωσι καὶ τοῦτο. λουκᾶς δέ φησιν, εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς τὸν χριστὸν, ὅτι καὶ q) τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ, ὅτι r) αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν. οἱ μὲν γὰρ προφῆται λεπτομερῶς περὶ πάντων αὐτοῦ τῶν παθημάτων προεῖπον, καὶ εἰ μὴ πολὺν ἔμελλον ἀποτείνειν λόγον, πάσας ἂν παρεθέμην τὰς περὶ τούτων προφητείας. οἱ δὲ μαθηταὶ οὐδὲν τούτων, τῶν γεγραμμένων δηλονότι διὰ τῶν προφητῶν, συνῆκαν τότε. ἀλλὰ καὶ ἦν, ὡς s) ὁ αὐτὸς

q) Luc. 18, 31.
r) Luc. 18, 34.

abſconditum ab eis, ſiue ignoratum: hoc inquam, Tertio die reſurget: nec intelligebant quae dicebantur de illo, ſicuti etiam diximus in fine triceſimiquinti capitis.

Addit quoque et aliam huius ignorantiae cauſam Chryſoſtomus: quia de alio quidem qui ab alio excitatus eſſet, et audierant et viderant: de mortuo vero qui ſeipſum excitaſſet, neque audierant, neque viderant. Praeterea et de eo quod occidendus eſſet Chriſtus, vbi ad humanas reſpiciebant operationes, credebant hoc et contriſtabantur: vbi vero diuinas in mentem aſſumebant, increduli permanebant, nec intelligebant quae dicebantur de hoc, id eſt non ſuſcipiebant tales de hac re ſermones, ſuſpicantes et hos aliquam eſſe parabolam.

Cap. XLIII. De filiis Zebedaei.

Verſ. 20. *Tunc* — *v. 21. tuo.*

Quum quadrageſimo primo capite dixiſſet ſaluator diſcipulis, Quum ſederit filius hominis in ſede gloriae ſuae, ſedebitis et vos ſuper duodecim ſedes, audiſſentque filii Zebedaei Iocobus et Ioannes, arbitrati ſunt ſedem gloriae dici thronum regni, quo Ieroſolymis regnaturus eſſet. Quumque paulo ante rurſum dixiſſet: Ecce aſcendimus Ieroſolyma, et quae ſequuntur: non ea de aſſlictionibus intellexerunt, vt ſuperius ſignificauimus, ſed ſperabant inſtare iam regnum eius. Siquidem prophe-

[9]) Tom. VII. p. 644. E.
[1]) τοιάτας, abeſt. A.

αὐτὸς ἔφη λουκᾶς, τὸ ῥῆμα [s]) τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἤγουν, ἀγνοούμενον, λέγω δὴ, τὸ καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ, καθὼς εἰρήκαμεν καὶ ἐν τῷ τέλει τοῦ τριακοστοῦ πέμπτου κεφαλαίου. s) Luc. 18, 34.

Προστίθησι δὲ καὶ ἑτέραν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἀγνοίας [q]) ὁ χρυσόστομος, ὅτι περὶ ἄλλου μὲν ὑφ' ἑτέρου ἀναστάντος καὶ ἤκουσαν, καὶ εἶδον· περὶ νεκροῦ δὲ ἀναστήσαντος ἑαυτὸν οὔτε ἤκουσαν, οὔτε εἶδον. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μέλλειν ἀναιρεῖσθαι τὸν χριστὸν, ὅτε μὲν ἀπέβλεπον εἰς τὰς ἀνθρωποπρεπεῖς αὐτοῦ ἐνεργείας, ἐπίστευον τοῦτο, καὶ ἐλυποῦντο· ὅτε δὲ τὰς θεοπρεπεῖς αὐτοῦ πράξεις ἐλάμβανον εἰς νοῦν, ἠπίστουν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα περὶ αὐτοῦ, τουτέστιν, οὐ παρεδέχοντο τοὺς τοιούτους [r]) περὶ αὐτοῦ λόγους, παραβολήν τινα καὶ τούτους νομίζοντες.

Κεφ. ΜΓ. Περὶ τῶν υἱῶν ζεβεδαίου.

Verſ. 20. Τότε — v. 21. σου.

Ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ σωτῆρος εἰπόντος πρὸς τοὺς μαθητὰς, ὅτι ὅταν [t]) καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνων· ἀκούσαντες οἱ υἱοὶ τοῦ ζεβεδαίου, ἰάκωβος καὶ ἰωάννης, προσεδόκησαν θρόνον δόξης λέγειν, τὸν θρόνον τῆς ἐν ἱεροσολύμοις βασιλείας· καὶ λοιπὸν ἄρτι πάλιν εἰπόντος, ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ τὰ ἑξῆς· ὅσα μὲν ἐρρήθησαν περὶ τῶν παθημάτων, οὐ παρεδέξαντο, καθὼς ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν· ἤλπισαν δὲ πλησιάζειν ἤδη τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. καὶ γὰρ καὶ τῶν προ- t) Matt. 19, 28.

phetas quoque audiebant appellantes Christum regem Israel. Statim ergo praeeminentiae amore capti sunt: nam se prae caeteris honorari sciebant: sed Petrum timebant. Ideo primum quidem, vt ait Marcus, ipsi soli ad eum accedunt dicentes: Magister volumus vt quicquid petierimus facias nobis. Ille autem dixit eis: Quid me vultis facere vobis? At illi dixerunt ei: Da nobis vt vnus a dextris tuis, et alter a sinistris tuis sedeamus in gloria tua. Verum non cognoscentes ideo se passos esse repulsam, quod indigna peterent: ad supplicationem assumunt et matrem. Interrogat autem Christus primum quidem illos, deinde et matrem illorum tanquam homo: simul etiam vt eorum responsio fieret quodammodo affectus sui confessio.

Vers. 22. *Respodens — petitis.*

Deinceps illis respondet, vt qui matrem suam submiserant, vt pro ipsis postularet: et ait: Nescitis quid petitis. Sedere enim a dextris aut a sinistris in regno meo, magnum est, et supra dignitatem non hominum tantum, verum etiam supernarum virtutum. Siquidem regnum meum non est ex hoc mundo, prout vos putatis. Quia vero opinabantur tempus illud non regni solum esse, sed etiam requiei: hoc quoque, quod in se est, corrigit: demonstrans hoc potius esse tempus afflictionis et caedis. Ait enim.

Vers. 22.

²) καταγγελλόντων. A.

³) ἐφοβοῦντο. B.

φητῶν ἤκουον, βασιλέα τοῦ ἰσραὴλ τὸν χριστὸν [z]) κατεπαγγελλόντων. αὐτίκα οὖν ἑάλωσαν ἔρωτι προεδρίας. καὶ ὅτι μὲν προτετίμηνται τῶν ἄλλων, ἐγίνωσκον·[3]) ὑφωρῶντο δὲ τὸν πέτρον. διὸ καὶ πρῶτα μὲν, ὡς ὁ μάρκος [v]) φησὶν, αὐτοὶ μόνοι προσπορεύονται αὐτῷ, ἤγουν, προσέρχονται, λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν, ἵνα, ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· τί θέλετέ ποιῆσαί με ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· δὸς ἡμῖν, ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου. μὴ τυχόντες δὲ ἀποκρίσεως, διὰ τὸ αἰτεῖν ἀνάξια, παραλαμβάνουσι καὶ τὴν ἑαυτῶν μητέρα πρὸς ἱκετηρίαν. ἐρωτᾷ δὲ ὁ χριστὸς πρῶτον μὲν ἐκείνους, εἶτα τὴν μητέρα αὐτῶν ἀνθρωποπρεπῶς. ἅμα δὲ καὶ, ἵνα ἡ ἀπόκρισις αὐτῶν ἐξομολόγησις τρόπον τινὰ γένηται τοῦ πάθους.

v) Marc. 10, 35.

Verſ. 22. Ἀποκριθεὶς — αἰτεῖσθε.

Πρὸς αὐτοὺς ἀποκρίνεται λοιπὸν, ὡς αὐτῶν τὴν μητέρα προβαλλομένων εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν αἴτησιν, καί φησιν, οὐκ οἴδατε, τί αἰτεῖσθε. τὸ γὰρ καθίσαι τινὰ ἐκ δεξιῶν, ἢ ἐξ εὐωνύμων, ἐν τῇ βασιλείᾳ μου, μέγα καὶ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων. ἡ γὰρ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, καθὼς ὑμεῖς οἴεσθε. ἐπεὶ δὲ προσεδόκησαν, οὐ μόνον βασιλείας εἶναι τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ ἀναπαύσεως, καὶ τοῦτο διορθοῦται τὸ μέρος, ἐμφαίνων θλίψεως μᾶλλον εἶναι τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ σφαγῆς. φησὶ γάρ·

Verf. 22. *Poteftis — baptizari?*

Poculum dicit mortis: et baptismum qui fit per fanguinem. Nam et poculum et baptismum vocat caedem: poculum quidem, vtpote laeto animo pro hominibus fusceptam: baptismum vero, tanquam purificationem ipforum. Addens autem, Quod ego bibiturus fum, et Quo ego baptizor, fubindicat, quod qui afflictionibus eius non communicat, neque regno fuo communicabit.

Verf. 22. *Dicunt ei: Poffumus.*

Omnia promittunt, petitionem confequi cupientes. Chryfoft. autem dicit quod neque poculo et baptismo intellectis, a fola animi promptitudine gratiam quaerebant. Quid ergo Chriftus?

Verf. 23. *Et — baptizabimini.*

Prophetabat eis, quod ipfi quoque occidendi effent, ac martyrii morte honorandi. Et de Iacobo quidem nouerunt omnes, quod ab Herode Tetrarcha fit interemptus. De Iohanne vero quaeftio eft apud multos. Aiunt enim quod quia infallibile eft Chrifti vaticinum, et ille nondum martyrii mortem fuftinuit, nondum mortuus eft, fed adhuc viuit: et cum Enoch et Elia circa feculi confummationem occidendus eft. Chryfoftomus autem manifefte docet, quod mortuus eft et interemptus. Nam interpretando eius euangelium, ait de illo fecunda homilia: Euangelio totum comprehendit orbem, corpore vero mediam obtinuit Afiam, dico fane Ephefum: anima autem ad illum feceffit locum qui fanctis congruus eft. In prima vero

[4]) Tom. VII. p. 646. C.

Verf. 22. Δύνασθε — βαπτισθῆναι;

Ποτήριον, τὸ τοῦ θανάτου λέγει, καὶ βάπτισμα, τὸ δι' αἵματος. τὴν σφαγὴν γὰρ ὀνομάζει καὶ ποτήριον, καὶ βάπτισμα. ποτήριον μὲν, ὡς ἡδέως προσδεχθεῖσαν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων· βάπτισμα δὲ, ὡς καθάρσιον αὐτῶν. εἰπὼν δὲ, ὅσι ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, παρεδήλωσεν, ὡς ὁ μὴ κοινωνῶν τοῦ πάθους αὐτοῦ, οὐδὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνήσει.

Verf. 23. Λέγουσιν αὐτῷ, δυνάμεθα.

Πάντα ἐπαγγέλλονται, ποθοῦντες τυχεῖν τῆς αἰτήσεως. ὁ δὲ [4]) χρυσόστομός φησιν, ὅτι οὐδὲ τὸ ποτήριον καὶ τὸ βάπτισμα νοήσαντες, ἀπὸ τῆς προθυμίας μόνης κατέθεντο. τί οὖν ὁ χριστός;

Verf. 23. Καὶ — βαπτισθήσεσθε.

Προεφήτευσεν αὐτοῖς, ὅτι καὶ αὐτοὶ σφαγήσονται, καὶ μαρτυρικοῦ θανάτου καταξιωθήσονται. καὶ περὶ μὲν ἰακώβου πάντες οἴδασιν, ὅτι ἀνῃρέθη παρὰ ἡρώδου τοῦ τετράρχου· περὶ δὲ τοῦ ἰωάννου, ζήτησίς ἐστι παρὰ πολλοῖς. φασὶ γὰρ, ὡς ἐπεὶ ἀψευδὴς ἡ τοῦ χριστοῦ πρόῤῥησις, καὶ οὔπω μαρτυρικὸν οὗτος ὑπέστη θάνατον, οὔπω τέθνηκεν, ἀλλ' ἔτι ζῇ, καὶ μέλλει μετὰ ἐνὼχ καὶ ἡλιοῦ σφαγῆναι κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρόν. ὁ δὲ χρυσόστομος διδάσκει φανερῶς, ὅτι ἀπέθανε, καὶ ὅτι ἐσφάγη· τὸ γὰρ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον ἑρμηνεύων, ἐν μὲν τῷ [5]) δευτέρῳ λόγῳ περὶ αὐτοῦ φησὶν, ὅτι τῷ μὲν εὐαγγελίῳ τὴν οἰκουμένην κατέλαβεν ἅπασαν· τῷ δὲ σώματι μέσην κατέσχε τὴν ἀσίαν, φημὶ δὴ, τὴν ἔφεσον· τῇ δὲ ψυχῇ πρὸς

5) Tom. VIII. p. 7. C. D.

vero dicit, quod etiam Christi bibit poculum, et baptismo eius baptizatus est: voluntate enim et hic interemptus est, plagis martyrii susceptis, et passus innumera propter Christum pericula. Nam athleta ac martyr dicitur non solum qui violento mortuus est propter Christum, verum etiam qui flagellatus est, aliaque multa passus propter eum. Inuenimus siquidem et post hunc plerosque certasse quidem, verum animam in pace Deo commendasse: nec propter hoc dicet quispiam eos a martyrii excidisse dignitate. Quod autem mortuus sit, ipse idem ait: in euangelio quidem dicens: Non dixit ei Iesus, Non moritur. In libro autem Apocalypsis sub persona saluatoris: Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt tot diebus amicti saccis. Hi autem sunt Enoch et Elias.

Vers. 23. *Sedere autem — meo.*

In praecedentibus diximus, quod sedere a dexteris eius aut sinistris, excedit dignitatem non hominum solum verum etiam supernarum virtutum: nullus itaque sedebit. Et quomodo hic dicit, Non est meum dare, sed iis contingit quibus paratum est a patre meo? Ostendit enim quosdam sessuros. Dicimus ergo quod quum praeeminentiam inter discipulos peterent, nunc Christus cathedram a dextris et sinistris, dicit primam inter ipsos sedem, qua

6) Tom. VIII. p. 2. C. Apparet ergo, Euthymium pro prima homilia habuisse, quod non nulli pro praefatione habent. Consentiunt Sauilius et Montefalconius.

7) Forte οὐδεὶς, sicuti Heutenius quoque videtur legisse.

πρὸς τὸν τόπον ἀνέδραμεν ἐκεῖνον, τὸν τοῖς ἁγίοις ἁρμόζοντα. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ λέγει, ὅτι καὶ τὸ [6]) ποτήριον τοῦ χριστοῦ ἔπιε, καὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ ἐβαπτίσατο. τῇ προαιρέσει γὰρ ἐσφάγη καὶ οὗτος, τὰς μαρτυρικὰς πληγὰς ὑποστὰς, καὶ μυρία δεινὰ παθὼν διὰ τὸν χριστόν. ἀθλητὴς γὰρ καὶ μάρτυς, οὐ μόνον ὁ βιαίως ἀποθανὼν διὰ τὸν χριστὸν, ἀλλὰ καὶ ὁ μαστιγωθεὶς καὶ κακοπαθήσας δι' αὐτόν. εὑρίσκομεν γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον πολλοὺς ἀθλήσαντας μὲν, τὴν δὲ ψυχὴν ἐν εἰρήνῃ παραθεμένους θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο φήσει [7]) τίς αὐτοὺς ἐκβεβλῆσθαι τοῦ μαρτυρικοῦ ἀξιώματος. ὅτι δὲ τέθνηκεν, αὐτὸς οὗτός φησιν, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ μὲν λέγων, ὅτι οὐκ x) εἶπεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει· ἐν δὲ τῇ βίβλῳ τῆς ἀποκαλύψεως, προσώπῳ τοῦ σωτῆρος, ὅτι καὶ y) δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας [8]) τόσας, περιβεβλημένοι σάκκους. οὗτοι δέ εἰσιν ἐνὼχ καὶ ἠλίας.

x) Io. 21, 23.

y) Apocal. 11, 3.

Verſ. 23. Τὰ δὲ καθίσαι — μου.

Προλαβόντες εἰρήκαμεν, ὅτι τὸ καθίσαι ἐκ δεξιῶν, ἢ ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ, ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ἐστὶν, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων· λοιπὸν οὖν οὐδεὶς καθεδεῖται. καὶ πῶς ἐνταῦθά φησιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' ἐκείνων ἐστὶν, οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου. δείκνυσι γὰρ, ὅτι καθεδοῦνταί τινες. λέγομεν οὖν, ὡς ἐπεὶ προεδρίαν ἐν τοῖς μαθηταῖς ἐζήτουν, λοιπὸν ὁ χριστὸς καθέδραν ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων λέγει, τὴν πρώτην τάξιν ἐν αὐτοῖς, ἧς ἀξιω-

[8]) Τόσας ſcripſit, quod numeros referre noluit. Ceterum non intelligo, quomodo haec probent, Ioannem Euangeliſtam mortuum eſſe. Vide, quae dixi in editione N. Teſt. ad Io. 21, 23.

qua Petrus et Paulus digni habiti sunt principes discipulorum, vt qui plus caeteris laborauerunt.

Et quomodo qui omnipotens est, ad hanc dandam redditur impotens? Quod dixit, Non est, non impotentiae est, sed iustitiae. Nam quia gratis sibi dari primatum petebant: Non est inquit meum dare gratis primatum siue primam sedem: id siquidem significat Dare: iustus enim sum, non personarum acceptor: sed hoc ait est illorum, quibus paratum est a patre meo. Paratum est autem his, qui digni sunt vt hoc consequantur. Non enim sola mihi caede communicare, primam concilicat sedem: sed primas omnium ferre etiam in caeteris virtutibus. Inde autem maxime traduxit illos. A patre meo autem dixit, tum vt patrem honoraret, tum vt seipsum demonstraret tanquam idem cum patre potentem. Ego inquit et pater vnum sumus.

Vers. 24. *Et — fratribus.*

Duo quidem supra decem discipulos elati fuerant: decem vero de duobus inuidebant, eo quod primas sedes desiderauerant: et ita omnes imperfecti erant. Nondum enim spiritus sanctus descenderat. Sed postmodum ipsos perfecte cognoscito, et videbis omni affectu liberos, ac inuicem extollentes, et mutuo primatus concedentes. Tunc itaque indignati sunt, siue grauiter tulerunt. Siquidem quando frequenter Christus illos prae caeteris honorauerat, non aegre tulerant, ipsum scilicet veriti. Quando autem per se primatum petierunt, indignati sunt: et maxime cognito quod exau-

[e]) γοῦν, pro δ'οὖν. A.

[f]) εἶτουν. A.

ἀξιωθήσονται πέτρος καὶ παῦλος, οἱ κορυφαῖοι τῶν μαθητῶν, ὡς πλεῖον τῶν ἄλλων πάντων ἀγωνισάμενοι.

Καὶ πῶς ὁ παντοδύναμος ἀδυνατεῖ δοῦναι ταύτην; οὐκ ἔστιν, ὅπερ εἶπεν, ἀδυναμίας, ἀλλὰ δικαιοσύνης. ἐπεὶ γὰρ χαρίσασθαι αὐτοῖς τὴν προεδρίαν ᾐτοῦντο, φησὶν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐμὸν τὸ τὴν πρώτην τάξιν χαρίσασθαι· τοῦτο γὰρ νῦν τὸ δοῦναι σημαίνει· δίκαιος γάρ εἰμι, καὶ ἀπροσωπόληπτος· ἀλλ᾽ ἐκείνων ἐστὶν αὕτη, φησὶν, οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου. ἡτοίμασται δὲ, τοῖς δικαιουμένοις ταύτης τυχεῖν. οὐ γὰρ μόνον τὸ κοινωνεῖν μοι τῆς σφαγῆς προξενεῖ τὴν πρώτην τάξιν, ἀλλὰ τὸ πρωτεῦσαι πάντων καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς. ἐντεῦθεν δὲ μάλιστα παρέθηξεν αὐτούς. ὑπὸ τοῦ πατρός μου δὲ εἶπεν, ἅμα μὲν τὸν πατέρα τιμῶν, ἅμα δὲ καὶ ἑαυτὸν συνεμφαίνων, ὡς ταὐτὸν τῷ πατρὶ δυνάμενον. ἐγὼ [z]) γάρ, φησι, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. z) Io. 10, 30.

Verſ. 24. Καὶ — ἀδελφῶν.

Οἱ δύο μὲν, τῶν δέκα μαθητῶν κατεπήρθησαν· οἱ δέκα δὲ, τοῖς δυσὶ μαθηταῖς ἐφθόνησαν, τῶν πρωτείων ἐφιεμένοις. οὕτω πάντες ἦσαν ἀτελεῖς, μήπω τοῦ θείου πνεύματος ἐπιφοιτήσαντος αὐτοῖς. ἀλλ᾽ ὕστερον αὐτοὺς κατάμαθε, καὶ ὄψει παντὸς πάθους ἀπηλλαγμένους, καὶ ἀλλήλους ἐπαινοῦντας, καὶ ἀλλήλοις τῶν πρωτείων παραχωροῦντας. τότε δ᾽ οὖν [9]) ἠγανάκτησαν, ἤγουν, [1]) ἐδυσφόρησαν. ὅτε μὲν γὰρ προετίμα τούτους πολλάκις ὁ χριστὸς, οὐκ ἐδυσφόρησαν, αἰδούμενοι τοῦτον· ὅτε [2]) δὲ οἴκοθεν ᾐτήσαντο τὴν προεδρίαν, ἠγανάκτησαν, καὶ μάλιστα γνόντες, ὅτι οὐκ εἰσηκού-

[a]) καὶ, pro δέ. A. Forte, ὅτε δὲ καί.

exauditi non essent: ex praeceptoris enim respon- sione intellexerunt quid petiissent.

Vers. 25. *Iesus autem — dixit.*

Quia duo ab aliis diuisi ad eum accesserant, et astantes colloquebantur, aduocat et alios: ac primum quidem turbatos placat, per coadunationem quae inter se et illos erat. Deinde ait.

Vers. 25. *Scitis — v. 26. inter vos.*

Cognito quod hoc fine duo illi petierant primatum, vt caeterorum haberent principatum: hoc intentum carpit quasi a Gentibus sumptum. Principes inquit Gentium, et qui magni sunt inter illas, dominantur, et potestatem exercent in alios. Non ita autem erit inter vos qui mei estis. Deinde docet etiam quo pacto oporteat parare primatum. Audi ergo quid dicat.

Vers. 26. *Sed — v. 27. seruus.*

Sicut superius eosdem dixit Principes et Magnos: ita et nunc eundem vocat Magnum et Primum. Haec autem omnia ad subiectionem dixit, vt quae singulis vtilis est. Dicit ergo: Potestatem in alios exercere, Gentium est: ego vero legem vobis statuo parandi principatus, a ministrando aliis, eisque seruiendo. Qui enim hoc facit, illum ego magnum ac primum declaro, et hic apud me primatum habebit. Deinde seipsum quoque ponit in exemplum, qui non solum omnibus ministret, sed etiam pro omnibus moriatur.

Vers. 28.

*) Quae hic inclusimus, ea ex Cod. A. exciderunt omnia culpa scribae, qui istis omissis nonum folium incepit.

κούσθησαν· ἐκ τῆς ἀποκρίσεως γὰρ τοῦ διδασκάλου συνῆκαν καὶ ὃ ᾐτήσαντο.

Verſ. 25. Ὁ δὲ ἰησοῦς — εἶπεν.

Ἐπεὶ μόνοι, τῶν ἄλλων ἀποῤῥαγέντες, οἱ δύο προσήγγισαν αὐτῷ, καὶ παρεστῶτες ὡμίλουν, προσκαλεῖται καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ πρῶτα μὲν ταρασσομένους αὐτοὺς καταπραΰνει, διὰ τοῦ πρὸς ἑαυτὸν καὶ τούτους ἐπισπάσασθαι· εἶτα φησί·

Verſ. 25. Οἴδατε — v. 26. ἐν ὑμῖν.

Γνοὺς, τοὺς δύο διὰ τοῦτο τὴν προεδρίαν αἰτοῦντας, ἵνα κατάρχωσι τῶν ἄλλων, διασύρει τὸν τοιοῦτον σκοπὸν, ὡς ἐθνικόν. οἱ ἄρχοντες γάρ, φησι, τῶν ἐθνῶν, καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατακυριεύουσι καὶ κατεξουσιάζουσι τῶν ἄλλων. [οὐχ οὕτω 3) δὲ ἔσαι ἐν ὑμῖν, τοῖς ἐμοῖς. εἶτα διδάσκει, καὶ πῶς χρὴ κτᾶσθαι τὸ πρωτεῖον, καὶ ἄκουε.

Verſ. 26. Ἀλλ' — v. 27. δοῦλος.

Ὥσπερ ἀνωτέρω, ἄρχοντας καὶ μεγάλους, τοὺς αὐτοὺς ἔλεγεν· οὕτω καὶ νῦν, μέγαν καὶ πρῶτον, τὸν αὐτόν. εἰς ἐπήκοον δὲ πάντων ταῦτά φησιν, ὡς κοινωφελῆ. λέγει τοίνυν, ὅτι τὸ μὲν κατεξουσιάζειν τῶν ἄλλων,] ἐθνικόν ἐστιν· ἐγὼ δὲ νομοθετῶ ὑμῖν, κτᾶσθαι 4) τὸ πρωτεῖον, ἀπὸ τοῦ διακονεῖν τοῖς ἄλλοις, καὶ δουλεύειν αὐτοῖς. τὸν γὰρ τοῦτο ποιοῦντα, τοῦτον ἐγὼ μέγαν καὶ πρῶτον ἀναγορεύω, καὶ οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ πρωτεῖον ἕξει. ἔπειτα καὶ παράδειγμα τίθησιν ἑαυτὸν, οὐ μόνον διακονοῦντα πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπεραποθνήσκοντα πάντων.

Verſ. 28.

4) κατὰ, pro κτᾶσθαι. A.

Vers. 28. *Sicut — multis.*

Sit inquit hic aliorum minister et seruus, quemadmodum ego non veni in mundum vt aliqui mihi ministrarent. Quanquam enim socrus Petri et Martha soror Lazari, aliaeque mulieres ministrabant ei, non tamen quasi ipse harum ministeria cuperet. Non ergo veni vt ministretur mihi ab aliquibus, sed potius vt ipse aliis ministrem, curans ac sanans quorundam animas, quorundam corpora, quorundam et animas et corpora: quodque ministerio ac seruitio maius est, vt tradam animam meam redemptionem pro multis, qui serui facti erant diaboli.

Multis autem, dicit nunc pro omnibus. Frequenter enim scriptura multos dicit pro omnibus. Itaque pro omnibus tradidit animam suam, omnesque redemit: quanquam multi sua sponte in seruitute remanserunt.

Quodam etiam modo animam suam tradidit patri. Exclamauit enim moriens, Pater in manus tuas commendabo spiritum meum. Atqui non a patre, sed a diabolo detinebamur. Aduertendum autem ad difficultatis solutionem, omnem redemptionem siue precium liberationis in aliis, sitam esse aut venire in potestatem eius qui aliquos retinet, eosque qui detinentur per illius manum liberari. Pretium vero quod a Christo datum est, vtpote differenti modo et omni alio pretio supernaturalius, liberauit sane eos qui detinebantur: ipsum vero non venit in potestatem eius qui illos retinebat, quum illud non posset accipere. Patri autem

5) Omisso ἵνα, legitur διακονηθῆναι. A.

6) Accuratius hunc locum exhibet in contextu Euangeliorum et in scholiis ad Matth. 27, 50. Hic tantum obiter laudat.

Verſ. 28. Ὥσπερ — πολλῶν.

Ἔστω, φησὶν, οὗτος τῶν ἄλλων διάκονος καὶ δοῦλος, ὃν τρόπον ἐγὼ οὐκ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον, ἵνα διακονήσωσί μοί τινες. εἰ γὰρ καὶ ἡ πενθερὰ τοῦ πέτρου, καὶ μάρθα, ἡ ἀδελφὴ τοῦ λαζάρου, καὶ ἄλλαι γυναῖκες διηκόνουν αὐτῷ, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς χρήζοντι τῆς τούτων διακονίας. οὐκ ἦλθον οὖν, φησίν, ἵνα [5]) διακονηθῶ παρά τινων, ἀλλ᾽ ἵνα μᾶλλον αὐτὸς διακονήσω τοῖς ἄλλοις, ἐπιμελόμενος καὶ θεραπεύων, τῶν μὲν τὰς ψυχὰς, τῶν δὲ τὰ σώματα, τῶν δὲ καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, καὶ τὸ μεῖζον τῆς διακονίας καὶ δουλείας, ἵνα δώσω τὴν ψυχήν μου λύτρον ἀντὶ πολλῶν, δεδουλωμένων τῷ διαβόλῳ.

Πολλοὺς δὲ νῦν, τοὺς πάντας λέγει. πολλάκις γὰρ ἡ γραφὴ πολλοὺς, τοὺς πάντας φησίν. ὑπὲρ πάντων γὰρ ἔδωκε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ πάντας ἐλυτρώσατο, εἰ καὶ πολλοὶ θέλοντες ἐνέμειναν τῇ δουλείᾳ.

Τίνι δὲ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔδωκε; τῷ πατρί. ἐφώνησε γὰρ ἀποθνήσκων· πάτερ, [a]) εἰς χεῖράς σου παρατίθημι [6]) τὸ πνεῦμά μου. καὶ μὴν, οὐχ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ διαβόλου κατεχόμεθα. καὶ προσεκτέον τῇ λύσει τῆς ἀπορίας. πᾶν λύτρον αὐτὸ μὲν, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν πίπτει τοῦ κατέχοντός τινας· τοὺς κατεχομένους δὲ λυτροῦται τῆς ἐκείνου χειρός· τὸ δὲ παρὰ τοῦ χριστοῦ δοθὲν λύτρον, ὡς παντὸς λύτρου διαφερόντως ὑπερφυέστερον, ἐλυτρώσατο μὲν τοὺς κατεχομένους· αὐτὸ δὲ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κατέχοντος αὐτοὺς οὐκ ἔπεσε, μὴ δυνηθέντος λαβεῖν αὐτό. δέδωκε δὲ τῷ πατρὶ ταύτην, ὡς ψυχὴν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

a) Luc. 23, 46.

autem hanc tradidit, tanquam animam filii sui: ideo etiam quasi dato iam pretio, quanquam non potuerit illud tyrannus accipere, liberati sunt qui detinebantur. Et quomodo tradidit animam suam redemptionem pro multis? Quia voluntarie seipsum in mortem obtulit pro libertate hominum: moriens enim, apta occasione tyrannum perdidit, tanquam occidentem illum qui peccato carebat. Peccati siquidem mulcta, est mors: solus autem Christus peccatum non fecit.

Scire autem oportet, quod non sola Christi anima vocatur redemptio nostra, verum etiam sanguis ipsius. Itaque quae nunc de anima eius dicta sunt, de sanguine quoque eius dicuntur.

Cap. XLIV. De duobus caecis.

Vers. 29. *Et — v. 30. Dauid.*

Similia quoque scripta sunt decimo septimo capite, ibi ergo quaere enarrationem integre conscriptam.

Vers. 31. *Turba autem — tacerent.*

Imponebat illis silentium in honorem Iesu, quem illi molestia afficiebant.

Vers. 31. *Illi — David.*

Vide perseuerantiam. Hos imitemur et nos, qui animae oculis excaecati sumus: et clamemus ad eum ex toto corde. Quod si ab aliquibus impediti fuerimus, intentiorem reddamus deprecationem, nec desistamus: et eum omnino flectamus sicut et isti.

Vers. 32.

αὐτοῦ. διὸ καὶ, ὡς ἤδη τοῦ λύτρου δοθέντος, εἰ καὶ μὴ τοῦτο λαβεῖν ἴσχυσεν ὁ τύραννος, ἐλυτρώθησαν οἱ κατεχόμενοι. καὶ πῶς ἔδωκε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν; ὡς ἑκουσίως ἐπιδοὺς ἑαυτὸν εἰς θάνατον ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῶν ἀνθρώπων. ἀποθανὼν γὰρ καθεῖλεν εὐαφόρμως τὸν τύραννον, ὡς ἀνελόντα τὸν ἀναμάρτητον. ἁμαρτίας γάρ ἐστιν ἐπιτίμιον, ὁ θάνατος: μόνος δὲ ὁ χριστὸς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε.

Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι οὐχ ἡ ψυχὴ μόνον τοῦ χριστοῦ καλεῖται λύτρον ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ, καὶ λοιπὸν, ἃ νῦν περὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εἴρηνται, ταῦτα καὶ περὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ λέγονται.

Κεφ. ΜΔ. Περὶ τῶν δύο τυφλῶν.

Verſ. 29. Καὶ — v. 30. δαυΐδ.

Τὰ παραπλήσια γέγραπται καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ δύο τυφλῶν, καὶ ζήτησον ἐν ἐκείνῳ τὴν ἐξήγησιν ἀκριβῶς ἀναγεγραμμένην.

Verſ. 31. Ὁ δὲ ὄχλος — σιωπήσωσιν.

Ἐπεστόμισεν αὐτοὺς, εἰς τιμὴν τοῦ ἰησοῦ, ὡς ἐνοχλοῦντας αὐτόν.

Verſ. 31. Οἱ — δαυΐδ.

Ὅρα καρτερίαν. τούτους μιμησώμεθα καὶ ἡμεῖς, οἱ πεπηρωμένοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς, καὶ κράζωμεν πρὸς αὐτὸν ἐξ ὅλης καρδίας, κἂν ὑπό τινων ἐμποδισθῶμεν, ἐπιτείνωμεν τὴν δέησιν, καὶ μὴ ἀποστῶμεν, καὶ πάντως κάμψομεν αὐτὸν, ὡς καὶ οὗτοι.

Verſ. 32. *Et — v. 33. oculi noſtri.*

Quare interrogauit illos? Ne putaret quispiam quod alia volentibus accipere, ipſe daret alia. Et cur non requiſiuit ab eis fidem? Quia fidei demonſtratio erat clamor, et perſeuerantia in eo, quum alii ſilentium eis imponere conarentur.

Verſ. 34. *Miſertus — eum.*

Non ſolum perſeuerantes erant, ſed et grati ſequebantur eum, rependentes beneficium.

Aiunt autem quidam vnum horum caecorum inſigniorem fuiſſe, de quo a Marco facta eſt mentio tricesimoprimo euangelii ſui capite, qui Bartimaeus dicebatur: a Luca vero ſexageſimo quarto ſui euangelii capite: alterum autem, ab his ſilentio praeteritum tanquam illius miniſtrum: quemadmodum ſane et de duobus daemoniacis duodecimo capite praedictum eſt: idque coniectura aſſequuntur, eo quod eadem et dixerint et audiuerint, ac ſimiliter ſequuti fuerint. Ego vero re attentius conſiderata, alterum ab his duobus eſſe dico eum, de quo habet Marcus: rurſumque alterum ab eo, de quo Marcus, illum de quo loquitur Lucas. Is ſiquidem de quo Marcus, veſtem prae nimia feſtinatione proiecit: et ſine contactu ſanitatem accepit. Is autem qui apud Lucam eſt, Chriſto potius ingrediente Iericho, et non egrediente, ſanitatem eſt conſequutus. Huiusmodi etiam opinionem mihi confirmat Chryſoſtomus, qui de illis vtpote aliis nihil omnino ſignificat.

Cap.

7) Quinque priora vocabula omiſit Hentenius.

8) τȣτους. B.

9) Scilicet Chryſoſtomus de Marco et Luca hoc loco nihil monet, Matthaeum tantum breuiter explicans. T. VII. p. 653. 654.

Verſ. 32. Καὶ — v. 33. ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί.

Ἐφώνησεν,[7]) ἀντὶ τοῦ, ἐκάλεσεν. καὶ τίνος ἕνεκεν ἐρωτᾷ τούτους; ἵνα μὴ νομίσῃ τις, ὅτι ἄλλα βουλομένοις λαβεῖν, ἄλλα δίδωσι. καὶ πῶς οὐκ ἀπῄτησεν αὐτοὺς πίστιν; διότι πίστεως ἀπόδειξις ἦν ἡ κραυγὴ, καὶ τὸ μὴ ἀποστῆναι ἐπιστομισθέντας.

Verſ. 34. Σπλαγχνισθεὶς — αὐτῷ.

Ὀυ καρτερικοὶ μόνον ἦσαν, ἀλλὰ καὶ εὐγνώμονες. ἠκολούθησαν γὰρ αὐτῷ, τὴν εὐεργεσίαν ἀμειβόμενοι.

Φασὶ δέ τινες, ἕνα τῶν δύο τούτων τυφλῶν, τὸν ἐπισημότερον, μνημονευθῆναι παρὰ[b]) μάρκῳ μὲν, ἐν τῷ τριακοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τοῦ εὐαγγελίου αὐτοῦ, βαρτιμαῖον καλούμενον· παρὰ λουκᾷ[c]) δὲ, ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίου· τὸν ἄλλον δὲ παρασιωπηθῆναι τούτοις,[8]) ὡς ὑπηρέτην ἐκείνου· καθὰ δὴ καὶ περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων ἐν τῷ δωδεκάτῳ κεφαλαίῳ προείρηται. καὶ τεκμηριοῦνται τὸν λόγον, ἀπὸ τοῦ τὰ αὐτὰ καὶ εἰπεῖν, καὶ ἀκοῦσαι, καὶ ὁμοίως ἀκολουθῆσαι· ἐγὼ δὲ στοχαζόμενος, ἕτερον εἶναι λέγω, παρὰ τοὺς δύο τούτους, τὸν τοῦ μάρκου, καὶ ἕτερον πάλιν, παρὰ τὸν τοῦ μάρκου, τὸν τοῦ λουκᾶ. καὶ γὰρ ὁ μὲν τοῦ μάρκου καὶ τὸ ἱμάτιον ἔῤῥυψεν ὑπὸ τῆς ἄγαν σπουδῆς, καὶ χωρὶς ἐπαφῆς τὴν ἴασιν ἔλαβεν· ὁ δὲ τοῦ λουκᾶ, ἐρχομένου μᾶλλον εἰς ἱεριχὼ τοῦ χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐκπορευομένου, τῆς ἰάσεως ἔτυχε. βεβαιοῖ δέ μοι μάλιστα τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν ὁ[9]) χρυσόστομος, οὐδέν τι περὶ ἐκείνων ἐπισημηνάμενος, ὡς ἑτέρων ὄντων.

b) Marc. 10, 46.

c) Luc. 18, 35. ſeqq.



Cap. XLV. De asina et pullo.

Cap. XXI. v. 1. *Et quum* — *v. 3. eos.*

Iam morte sua appropinquante, maiori autoritate negotia attingit: et quia de asina et pullo prophetatum erat, nunc tanquam omnium dominus iubet his quos emittebat vt dicant, Domino his opus est, et post habitum vsum reduci hos ad dominum eorum. Sed Matthaeus asinam dicit et pullum: Marcus vero pullum solum. Inuenietis inquit pullum alligatum, super quem nullus hominum sedit. Similiter autem scribit et Lucas. Iohannes vero pullum asinae hunc appellauit, tanquam tenellum asinum. Quid ergo dicemus? Quod vtroque opus erat Christo: sed pullo vt super eum veheretur: asina autem vt pullum sequeretur: explebat enim mysterium quod futura praefigurabat. Et erat pullus in figuram noui e gentibus populi, venturi ad fidem quae est in Christum: qui ad diuinae legis iugum inexercitatus erat: super quem nullus hominum sederat, propheta videlicet vel apostolus. Asina vero in typum veteris e Iudaeis populi sub iugo legis degentis. Et pullus quidem Christum vehit insidentem: asina vero sequitur: docente re ipsa, quod postquam Christus gentibus insederit, et in eis tanquam in se credentibus requieuerit, sequentur et Iudaei. Dicit enim et Paulus: Caecitas ex parte facta est in Israel, donec plenitudo gentium intrauerit: et tunc omnis Israel saluus erit. Propterea ergo Matthaeus exacta diligentia

*) Codices Chrysostomi. T. VII. p. 656. C. fluctuant etiam inter οὕτω et τότε.

Κεφ. ΜΕ. Περὶ τῆς ὄνου καὶ τοῦ πώλου.

Cap. XXI. v. 1. Καὶ ὅτε — v. 3. αὐτούς.

Ἤδη τῆς τελευτῆς αὐτοῦ προσεγγιζούσης, ἐξουσιαστικώτερον ἅπτεται τῶν πραγμάτων, καὶ ἐπεὶ προεφήτευσε τὰ κατὰ τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, λοιπὸν, ὡς κύριος πάντων, κελεύει τοῖς ἀποστελλομένοις εἰπεῖν, ὅτι ὁ κύριος χρείαν αὐτῶν ἔχει, καὶ μετὰ τὴν χρείαν ἀντιστρέφει αὐτοὺς πρὸς τοὺς κυρίους αὐτῶν. ἀλλὰ ματθαῖος μὲν ὄνον καὶ πῶλον λέγει· μάρκος δὲ πῶλον μόνον. εὑρήσετε γάρ, φησι, πῶλον [d]) δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐκάθισεν. ὁμοίως δὲ γράφει καὶ [e]) λουκᾶς. καὶ ὁ ἰωάννης δὲ τὸν πῶλον τοῦτον, ὀνάριον [f]) ὠνόμασεν, ὡς ὄνον νέον, ἐπεὶ καὶ πῶλος, τὸ τῆς ὄνου πωλάριον. τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι καὶ ἀμφοτέρων μὲν ἔσχε χρείαν ὁ χριστὸς, ἀλλὰ τοῦ πώλου μὲν εἰς τὸ ἐποχηθῆναι αὐτῷ· τῆς ὄνου δὲ, εἰς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ πώλῳ. μυστήριον γὰρ ἐτέλει προτυποῦν τὰ μέλλοντα. καὶ ἦν ὁ πῶλος μὲν, εἰς τύπον τοῦ ἐξ ἐθνῶν νέου λαοῦ, τοῦ πρὸ τῆς εἰς χριστὸν πίστεως ἀγυμνάστου πρὸς τὸν ζυγὸν τοῦ θείου νόμου τυγχάνοντος, ἐφ' ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐκάθισε, δηλαδὴ, προφήτης ἢ ἀπόστολος· ἡ ὄνος δὲ, εἰς τύπον τοῦ ἐξ ἰουδαίων παλαιοῦ λαοῦ, τοῦ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ νόμου τελοῦντος. καὶ ὁ πῶλος μὲν φέρει τὸν χριστὸν ἔποχον· ἕπεται δὲ ἡ ὄνος· τοῦ πράγματος διδάσκοντος, ὅτι μετὰ τὸ καθίσαι τὸν χριστὸν ἐπὶ τὰ ἔθνη, καὶ ἐπαναπαύσασθαι αὐτοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν, ἀκολουθήσουσι τούτοις καὶ οἱ ἰουδαῖοι. λέγει γὰρ καὶ παῦλος, [g]) ὅτι πώρωσις τῷ ἰσραὴλ ἀπὸ μέρους γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ· καὶ τότε [I]) πᾶς ἰσραὴλ σωθήσεται.

d) Marc. 11, 2.
e) Luc. 19, 30.
f) Io. 12, 14.
g) Rom. 11, 25.

gentia vtriusque iumenti meminit: caeteri autem breuitatis causa pullum quidem scripserunt, eo quod super illum vectus sit saluator: asinam vero silentio praeterierunt, vt quae tantum sequebatur. Vectus est itaque super pullum Christus: simul praefigurans, vt dictum est, quod futurum erat: simul etiam, quia contingebat quosdam imbecilliores indigere iumentis, etiam in hoc modum posuit, ostendens non oportere discipulum suum equo aut mulo vti, sed asino: et vbique sola id fieri necessitate.

Vers. 4. *Hoc — v. 5. filium subiugalis.*

Hoc, Quid? Discipulos missos esse vt asinam et pullum adducerent. Prophetam autem dicit nunc Zachariam. † Completa est itaque huiusmodi prophetia: eius vero completio rursus facta est alterius rei prophetia, puta fidei gentium vt diximus. Filia autem Sion est ipsa Sion, sicut filius hominis ipse homo. Nam et hoc idioma est Hebraicae phrasis. Et Sion quidem est Ierusalem: rex autem Sion ipse Christus, vel tanquam Deus, vel tanquam e regia Dauid radice progenitus: vel etiam tanquam is qui in eam plurima contulit beneficia. Venit ergo ad eam mansuetus: neque satellites habens, neque qui lanceam, gladium, aut faces ferant. Sed multam prae se ferens mansuetudinem ac humanitatem. Sedens vero super asinum et pullum, non diuisim, modo super hunc, modo super illum: neque tanquam super bigam ab his tractam, sed asinum et pullum, intellige ipsum pullum, asinum quidem natura, pullum vero aetate. Tu ergo interroga Iudaeum quis rex venerit Ierusalem asino et pullo vectus? nullum enim alium dicere poterit praeter Christum.

† Aliter

διὰ τοῦτο τοίνυν ματθαῖος μὲν, δι' ἀκρίβειαν, καὶ ἀμφοτέρων ἐμνημόνευσε τῶν ὑποζυγίων· οἱ δ' ἄλλοι, διὰ συντομίαν, τὸν πῶλον μὲν ἀνέγραψαν, ὡς ἐποχηθέντος αὐτῷ τοῦ σωτῆρος· τὴν ὄνον δὲ παρεσιώπησαν, ὡς ἑπομένην μόνον. ἐπωχήθη μὲν οὖν τῷ πώλῳ χριστὸς, ἅμα μὲν, ὡς εἴρηται, προτυπῶν τὸ μέλλον, ἅμα δὲ καὶ, ἐπειδὴ συνέβαινεν, ἀσθενεστέρους ὄντας τινὰς ὑποζυγίων δεῖσθαι, κἀνταῦθα μέτρον ἔθηκε, δεικνὺς, ὅτι οὐ χρὴ τὸν αὐτοῦ μαθητὴν ἵππῳ ἢ ἡμιόνῳ κεχρῆσθαι, ἀλλ' ὄνῳ, καὶ πανταχοῦ μόνης τῆς χρείας γίνεσθαι.

Vers. 4. Τοῦτο — v. 5. υἱὸν ὑποζυγίου.

Τοῦτο, ποῖον; τὸ ἀποστεῖλαι τοὺς μαθητὰς εἰς τὸ ἀγαγεῖν τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον. προφήτην δὲ νῦν λέγει, τὸν ζαχαρίαν. πεπλήρωται μὲν οὖν ἡ τοιαύτη προφητεία. γέγονε δὲ ταύτης ἡ πλήρωσις, προφητεία πάλιν ἑτέρου πράγματος, φημὶ δὴ, τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν, ὡς εἰρήκαμεν. θυγάτηρ δὲ σιὼν, αὐτὴ ἡ σιὼν, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου, αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος. ἰδίωμα γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἑβραΐδος διαλέκτου. καὶ σιὼν μὲν, ἡ ἱερουσαλήμ· βασιλεὺς δὲ τῆς σιὼν, ὁ χριστός. τοῦτο μὲν, ὡς θεός· τοῦτο δὲ, καὶ ὡς ἐκ βασιλικῆς ῥίζης ἀναβλαστήσας τῆς τοῦ δαυίδ· ἔτι δὲ καὶ, ὡς εὐεργέτης αὐτῆς. ἔρχεται δὲ πρὸς αὐτὴν πραῢς, μήτε δορυφόρους ἔχων, μήτε ξιφηφόρους, μήτε ῥαβδούχους, ἀλλὰ πολλὴν τὴν ἡμερότητα καὶ ἐπιείκειαν ἐνδεικνύμενος. ἐπιβεβηκὼς δὲ ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον, οὐκ ἰδίᾳ καὶ ἰδίᾳ, οὐδ' ὡς ἐν συνωρίδι· ἀλλ' ὄνον καὶ πῶλον, τὸν πῶλον νόησον. ὄνον μὲν, τῇ φύσει· πῶλον δὲ, τῇ ἡλικίᾳ. σὺ δ' ἐρώτησον τὸν ἰουδαῖον, ποῖος βασιλεὺς ἦλθεν εἰς ἱερουσαλὴμ ὄνῳ καὶ πώλῳ ἐποχούμενος; οὐδένα γὰρ ἕτερον εἰπεῖν ἂν ἔχοι παρὰ τὸν χριστόν.

† Aliter quoque filia Sion est Ierusalem, eo quod subiecta sit monti qui vocatur Sion. Dicitur quoque ipsa Ierusalem Sion, propter montem Sion qui supra ponitur, vt sit metaphorica appellatio.

Vers. 6. *Euntes — v. 7. pullum.*

Marcus autem particularius recitat id quod fecerunt. Ait enim: Abierunt et inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio: soluuntque illum. Et quidam eorum qui ibi stabant dixerunt eis, Quid facitis soluentes pullum? At illi dixerunt sicut praeceperat Iesus, et dimiserunt eos. Haec sane Marcus, ianuam dicens domus dominorum pulli.

Considera autem quod omnia ad praefigurationem faciant. Sicut enim asina et pullus funiculis alligati erant foris in biuio, ita quoque antiquus Iudaeorum populus, nouusque gentium, peccatis alligantur extra ecclesiam in vita: Nam hanc per biuium intelligimus. Et quemadmodum Apostoli soluta illa animalia adducunt ad Christum, ita sane et istos. Ad haec sicuti tentauerunt quidam prohibere hos, puta domini ipsorum, sicut dicit Lucas: audito autem quod domino his opus esset, concesserunt: ita sane et in his: tentant quidem, qui dominantur eis daemones prohibere: audito vero quod Deo his opus est, permittunt.

Vers. 7. *Et — vestimenta sua.*

Posuerunt et super asinam et super pullum, ignorantes super quem illorum vehi vellet.

Vers. 7.

2) Inclusa in marg. exhibet. B.
3) τȣ κυρίȣ. A.
4) τȣ́τȣ. B.

[Καὶ [2]) ἄλλως δὲ, θυγάτηρ τῆς σιὼν, ἱερουσαλὴμ, διὰ τὸ ταύτην ὑποκεῖσθαι τῷ ὄρει τῷ καλουμένῳ σιών· λέγεται δὲ καὶ ἡ ἱερουσαλὴμ σιὼν, ἀπὸ τοῦ ἐπικειμένου ὄρους μεταλαχοῦσα τῆς τοιαύτης κλήσεως.]

Verſ. 6. Πορευθέντες — v. 7. πῶλον.

Μάρκος δὲ λεπτομερῶς ἀπαγγέλλει, τί ἐποίησαν. λέγει γὰρ, ὅτι [h]) ἀπῆλθον, καὶ εὗρον τὸν πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου, καὶ λύουσιν αὐτόν. καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων ἔλεγον αὐτοῖς· τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον; οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς, καθὼς ἐνετείλατο ὁ ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς. ταῦτα μὲν οὖν ὁ μάρκος, θύραν λέγων, τὴν τοῦ οἴκου τῶν [3]) κυρίων τοῦ πώλου· ἄμφοδον δέ ἐστιν, ἡ δίοδος.

h) Marc. 11. 4--6.

Σκόπει δὲ πάντα κατὰ προτύπωσιν. ὥσπερ γὰρ ἡ ὄνος καὶ ὁ πῶλος ἐδέδοντο σχοίνοις ἔξω, ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου· οὕτω καὶ ὁ παλαιὸς λαὸς, ὁ ἐξ ἰουδαίων, καὶ ὁ νέος, ὁ ἐξ ἐθνῶν, δέδενται ταῖς ἁμαρτίαις, ἔξω τῆς ἐκκλησίας, ἐπὶ τοῦ βίου. τοῦτον [4]) γὰρ ἄμφοδον νοοῦμεν. καὶ ὥσπερ ἐκεῖνα τὰ ζῶα λύσαντες οἱ ἀπόστολοι προσάγουσι τῷ χριστῷ· οὕτω δὴ καὶ τούτους· καὶ ὥσπερ ἐπ' ἐκείνων ἐπεχείρησαν μέν τινες κωλῦσαι, ἤγουν, οἱ κύριοι αὐτῶν, ὡς εἶπε [i]) λουκᾶς, ἀκούσαντες δὲ, ὅτι ὁ κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει, παρεχώρησαν· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τούτων, ἐπιχειροῦσι μὲν οἱ κυριεύοντες αὐτῶν δαίμονες κωλῦσαι, ἀκούσαντες δὲ, ὅτι ὁ θεὸς αὐτῶν χρείαν ἔχει, παραχωροῦσι.

i) Luc. 19. 33. 34.

Verſ. 7. Καὶ — τὰ ἱμάτια αὐτῶν.

Ἐπέθηκαν καὶ ἐπὶ τῆς ὄνου, καὶ ἐπὶ τοῦ πώλου, μὴ γινώσκοντες, ἐπὶ τίνος αὐτῶν ὀχηθῆναι βούλεται.

Verſ. 7.

Verſ. 7. *Et — ſuper ea.*

Super ea puta veſtimenta quae pullo erant ſuperpoſita. Poſſunt autem diſcipulorum veſtimenta reconditiori intelligentia dici virtutes, quae intelligibilia ſunt animae veſtimenta, illos adornantia qui Chriſto adducuntur. Lucas autem dixit, quod diſcipuli impoſuerunt Ieſum ſuper pullum: diſcipuli enim verbum gentibus ſuperimponunt.

Verſ. 8. *Plurima — ſua.*

Oſtenderunt quod plus quam prophetam eum habebant: ideo etiam excellenti modo ipſum honorauerunt. Nam et modico ante tempore quum Lazarum reſuſcitaſſet, magnam apud eos reuerentiam acquiſiuit. Abiiciamus ergo et nos corporis ornatum propter Chriſtum, et ornemus viam eius, abiicientes opes ac affectiones quibus induimur aut circumdamur.

Verſ. 8. *Alii — in via.*

Marcus vero ςοιβάδας dixit. Eſt autem ςοιβὰς ramorum congeries. Oliuarum nempe rami erant. Nam tunc montem oliuarum praeteribant.

Verſ. 9. *Turbae autem — Dauid.*

Hoſanna Hebraicum eſt, et ſignificat interdum hymnum ſiue laudem: quandoque vero ſerua. Nunc ergo tantundem eſt ac ſi dicat, Hymnus filio Dauid.

Verſ. 9. *Benedictus — domini.*

In nomine domini, hoc eſt a domino. Benedictus qui venit a Deo, benedictus qui miſſus eſt a Deo.

Verſ. 7. Καὶ — ἐπάνω αὐτῶν.

Ἐπάνω αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν ἱματίων, τῶν ἐπιτεθέντων τῷ πώλῳ. εἶεν δ' ἂν ἱμάτια τῶν ἀποςόλων ἀναγωγικῶς, αἱ ἀρεταὶ, τὰ νοητὰ περιβόλαια τῆς ψυχῆς, αἷς περιςέλλουσι τοὺς προσαγομένους τῷ χριςῷ. λουκᾶς δὲ εἴρηκεν, ὅτι οἱ μαθηταὶ k) ἐπεβίβασαν τὸν ἰησοῦν ἐπὶ τὸν πῶλον. οἱ μαθηταὶ γὰρ ἐπιβιβάζουσι τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἔθνη. k) Luc. 19, 35.

Verſ. 8. Ὁ δὲ πλεῖςος — αὐτῶν.

Ἔδειξαν, ὅτι ὑπὲρ προφήτην αὐτὸν εἶχον. διὸ καὶ ὑπερβαλλόντως αὐτὸν ἐτίμησαν. πρὸ ὀλίγου γὰρ τὸν λάζαρον ἀναςήσας, ὡς ὁ ἰωάννης φησὶ, πολὺ σέβας τούτοις ἐνέβαλε. ῥίψωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν κόσμον τοῦ σώματος διὰ χριςὸν, καὶ κοσμήσωμεν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ῥίπτοντες, ἃ περιβεβλήμεθα, χρήματα καὶ πάθη.

Verſ. 8. Ἄλλοι — ἐν τῇ ὁδῷ.

Μάρκος l) δὲ, 5) ςοιβάδας εἶπε. ςοιβὰς δὲ, ἡ σωρεία τῶν κλάδων. ἐλαιῶν δὲ ἦσαν οἱ κλάδοι. τὸ γὰρ ὄρος τῶν ἐλαιῶν τηνικαῦτα παρήμειβον. l) Marc. 11, 8.

Verſ. 9. Οἱ δὲ ὄχλοι — δαυίδ.

Τὸ ὡσαννὰ, ἑβραϊκὸν μέν ἐςι, σημαίνει δὲ, ποτὲ μὲν, ὕμνον, ποτὲ δὲ, σῶσον δή. νῦν οὖν φησὶν, ὕμνος τῷ υἱῷ δαυίδ.

Verſ. 9. Εὐλογημένος — κυρίου.

Τὸ ἐν ὀνόματι κυρίου, ἀντὶ τοῦ, παρὰ κυρίου. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἀπὸ θεοῦ, εὐλογημένος ὁ πεμ-

5) σιβάδας. A. et mox σιβάς.

Deo. Marcus autem addidit: Benedictum quod venit regnum in nomine domini patris nostri Dauid. Existimabant enim, quod erigeretur abiectus thronus regni Dauid: vnde gaudentes dicebant, Benedictum quod redit regnum primi patris nostri Dauid. Quod venit in nomine domini autem, hoc est a Deo. Iohannes vero dicit, Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Verisimile enim est tunc omnia fuisse dicta a turbis quae praecedebant et quae sequebantur: quaeque egressae erant in occursum eius. Intelligitur etiam, In nomine domini, in maiestate domini, in ordine regio.

Vers. 9. *Hosanna — excelsis.*

Laus in excelsis. Laudent etiam qui sunt inter excelsas virtutes siue angelos Deum qui nobis misit regem, ac instaurauit regnum Dauid. Lucas vero loco Hosanna in excelsis, dixit, Gloria in excelsis. Hic autem et de discipulis scribit, quod dicebant, Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in coelo et gloria in excelsis. Considera vero quomodo in tali plausu tantoque clamore, pullus quanquam omnino indomitus, mansuetissime tamen incedebat, praefigurans plane gentium obedientiam, et omnimodam eorum ad disciplinam immutationem.

Vers. 10. *Quumque intrasset — hic?*

Commota est, id est, turbata est, excitato tumultu propter plausum et fauores.

Vers. 11.

6) δὲ, pro γάρ. A.
7) Hic πάλιν addit. A. mox autem omittit.
8) βασιλείαν. A.
9) Malim δὴ, loco δέ. Nam de Luca sermo est, de quo iam dixerat δέ.

πεμφθεὶς ἐκ θεῦ. μάρκος δὲ προσέθηκε, καὶ εὐλογημένη[m]) ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι κυρίου, τῦ πατρὸς ἡμῶν δαυίδ. ὑπέλαβον γὰρ,[6]) ὅτι ἀνωρθώθη ὁ καταβεβλημένος θρόνος τῆς βασιλείας τῦ δαυίδ. ὅθεν χαίροντες ἔλεγον, καὶ εὐλογημένη[7]) ἡ ἐρχομένη πάλιν βασιλεία τοῦ προπάτορος ἡμῶν δαυίδ. ἐρχομένη δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου, τυτέςιν, ἀπὸ θεῦ. ὁ δὲ ἰωάννης φησίν·[n]) εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου βασιλεὺς τοῦ ἰσραήλ. πάντα γὰρ εἰκὸς ὑπὸ τῶν ὄχλων τότε ῥηθῆναι, τῶν τε προαγόντων, καὶ τῶν ἀκολυθούντων, καὶ τῶν ἐξελθόντων εἰς ὑπάντησιν αὐτῦ. νοεῖται δὲ τὸ ἐν ὀνόματι κυρίυ καὶ ἀντὶ τοῦ, ἐν δόξῃ κυρίου, ἐν τάξει βασιλέως.

m) Marc. 11, 10.

n) Io. 12, 13.

Verſ. 9. Ὡσαννὰ — ὑψίςοις.

Ὕμνος ἐν ὑψίςοις, ὑμνούντων καὶ τῶν ὑψίςων δυνάμεων, ἤτοι, τῶν ἀγγέλων τὸν θεὸν, τὸν πέμψαντα ἡμῖν βασιλέα,[8]) καὶ ἀνορθώσαντα τὴν βασιλείαν δαυίδ. ὁ δὲ λουκᾶς, ἀντὶ τοῦ ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίςοις, δόξα[o]) ἐν ὑψίςοις εἶπεν. οὗτος[9]) δὲ ἱςορεῖ καὶ περὶ τῶν μαθητῶν, ὅτι ἔλεγον, εὐλογημένος[p]) ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι κυρίου, εἰρήνη ἐν ὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίςοις· εἰρήνην, τὴν χαρὰν ὀνομάσας. σκόπει δὲ, πῶς ἐν τοιύτῳ κρότῳ, καὶ τοσαύταις κραυγαῖς, ὁ πῶλος, καίτοι παντελῶς ἀδάμαςος ὢν, ὅμως εὐτάκτως ἐφέρετο, προτυπῶν πάντως τὸ καταπειθὲς τῶν ἐθνῶν καὶ τὴν ἀθρόαν αὐτῶν μεταβολὴν εἰς εὐταξίαν.

o) Luc. 19, 38.

p) Luc. 19, 38.

Verſ. 10. Καὶ εἰσελθόντος — οὗτος;

Ἐσείσθη, ἀντὶ τοῦ, ἐταράχθη, θορυβηθεῖσα ἐπὶ τῷ κρότῳ καὶ ταῖς εὐφημίαις.

Verſ. 11. *Turbae vero — Galilaeae.*

Etſi plus quam prophetam eum habebant, prophetam tamen eum dicebant: quia nihil excelſius concipere poterant propter humana eius opera. Lucas autem dicit, Et quidam phariſaeorum de turba dixerunt ad eum, Magiſter increpa diſcipulos tuos. Et reſpondens ait illis, Dico vobis, quod ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Inuidia enim moti dicebant, Prohibe diſcipulos tuos, ne te huiusmodi plauſibus ac fauoribus proſequantur. Dicens autem, Si hi tacuerint, lapides clamabunt: oſtendit, quod impoſſibile ſit ſuam taceri gloriam. Poſſunt quoque lapides dici, qui ex gentibus crediderunt, tanquam prius mente indurati ac inſenſibiles ad diuinam Dei cognitionem, qui poſtquam Apoſtoli morte tacuerunt, iam clamant praedicantes.

Verſ. 12. *Et — columbas.*

Similia quoque dicit Iohannes: ſed ille quidem circa principium euangelii. Matthaeus autem et ceteri circa finem. Manifeſtum ergo quod bis haec fecerit Chriſtus, variisque temporibus. Et tunc quidem dicunt ei Iudaei: Quod ſignum oſtendis nobis? modo autem tacent. Et vide abiectionem eorum, In templo ſiquidem cauponabantur: et hi quidem vendebant indigentibus, quae ad ſacrificium apta erant, oues dico, boues ac columbas: ſicut Iohannes manifeſtauit, et ſi quid eſt ſimile. Alii vero emebant. κολλυβιςαὶ autem pro quibus vertimus Numularios; ſunt menſarii ſiue

[1]) δὲ, addit. A.
[2]) πεπηρωμένοι. A.
[3]) τότε λέγουσιν οἱ ἰουδαῖοι. A.

Vers. 11. Οἱ δὲ ὄχλοι — γαλιλαίας.

Εἰ καὶ ὑπὲρ προφήτην αὐτὸν εἶχον, ὅμως προφήτην αὐτὸν ὠνόμαζον, ἐδὲν ὑψηλότερον ἐννοεῖν δυνάμενοι, διὰ τὰ ἀνθρωποπρεπῆ τέτε. λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι καί τινες τῶν q) φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλε εἶπον πρὸς αὐτόν· διδάσκαλε, ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σου. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· λέγω ὑμῖν, ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. φθονήσαντες γὰρ ἔλεγον, ὅτι κώλυσον τοὺς μαθητάς σε τοιαῦτα κροτεῖν καὶ εὐφημεῖν σε. εἰπὼν δὲ, ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται, ἐνέφηνεν, [1]) ὅτι ἀδύνατον σιωπηθῆναι τὴν δόξαν αὐτοῦ — λέγοιντο δ' ἂν λίθοι καὶ οἱ πιςεύσαντες ἐξ ἐθνῶν, ὡς ὄντες πρότερον [2] πεπωρωμένοι τὸν νοῦν, καὶ ἀναίσθητοι θεογνωσίας ἀληθινῆς, οἵτινες σιωπησάντων τῶν ἀποςόλων τῇ τελευτῇ, λοιπὸν αὐτοὶ κράζουσι κηρύττοντες.

q) Luc. 19, 39.

Vers. 12. Καὶ — περιςεράς.

Τὰ παραπλήσια καὶ ὁ ἰωάννης φησὶν, ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν κατ' ἀρχὰς τοῦ εὐαγγελίου, ματθαῖος δὲ καὶ οἱ λοιποὶ πρὸς τῷ τέλει. δῆλον οὖν, ὅτι δὶς ταῦτα πεποίηκεν ὁ χριςὸς, καὶ κατὰ διαφόρους καιρούς. καὶ τότε [3]) μὲν λέγεσιν ἰουδαῖοι πρὸς αὐτὸν, τί r) σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν· ἄρτι δὲ σιγῶσιν. [4]) ὅρα δὲ τὴν καταφρόνησιν αὐτῶν. ἐν τῷ ναῷ γὰρ ἐκαπήλευον. καὶ οἱ μὲν ἐπώλουν τὰ πρὸς θυσίαν ἐπιτήδεια τοῖς χρήζουσι, πρόβατα, λέγω, καὶ βόας καὶ περιςερὰς, ὡς ὁ ἰωάννης ἐδήλωσε, καὶ εἴ τι τοιἒτον· οἱ δὲ ἠγόραζον. κολλυβιςαὶ δέ εἰσιν, οἱ τραπεζῖται. καταλλάκτας δὲ τούτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. κόλ-

r) Io. 2, 18.

4) γνῶσιν, pro σιγῶσιν. A.

siue trapezitae, et quos multi κατταλλάκτας vocant, hoc est vt vulgus dicit, Cambiatores. Nam κόλλυβος obolus, et κολλυβίζω commuto dicitur. Ingressus est ergo Christus templum cum magna libertate, tanquam paterfamilias domum suam, et eos qui iam dicti sunt eiecit, ac potentiam quam vt Deus ad omnes habebat manifestans, et propter immunitatem a peccato confidens, hinc quidem ornatus templi sui curam habet, hinc autem sacrificiorum quae per sanguinem fiunt reiectionem manifestat. Praeterea instruit nos vt pro ecclesia libere agamus.

Verſ. 13. *Et — vocabitur.*

Scriptum est in propheta Iesaia.

Verſ. 13. *Vos — latronum.*

Latrones nominauit eos, qui in illo cauponabantur, quod ad modum latronum lucris inhiarent: latrones siquidem lucri auiditate tenentur. Aut quia ea quae vendebantur ex rapina vel auaritia erant. In Ieremia autem scriptum est, Num spelunca latronum domus mea est?

Cap. XLVI. De caecis et claudis.

Verſ. 14. *Et — eos.*

Claudus est quisquis non recta ad virtutem incedit. Et caecus est omnis qui quod bonum est ac honestum non intuetur.

Verſ. 15. *Videntes — indignati sunt.*

Dispensatorie ordinauit Deus, vt pueri quoque laudarent eum: quo ab omni contradictione exclude-

κόλλυβος γὰρ ὁ ὀβολὸς, καὶ κολλυβίζω λέγεται, τὸ καταλλάσσω. εἰσῆλθεν οὖν ὁ χριςὸς εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ παῤῥησίας, ὡς οἰκοδεσπότης. ἐξέβαλε δὲ καὶ τοὺς ῥηθέντας, καὶ τὰ ῥηθέντα, τήν τε κατὰ πάντων ἐξουσίαν, ἣν ὡς θεὸς εἶχε, παραγυμνῶν, καὶ τῇ ἀναμαρτησίᾳ τεθαῤῥηκώς· καὶ τοῦτο μὲν, τῆς εὐκοσμίας τοῦ οἰκείου ναοῦ φροντίζων· τοῦτο δὲ, προδηλῶν τὴν ἐκβολὴν τῶν δι' αἵματος θυσιῶν· τοῦτο δὲ καὶ παιδεύων ἡμᾶς, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας παῤῥησιάζεσθαι.

Verſ. 13. Καὶ — κληθήσεται.

Γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ ἡσαΐᾳ.

Verſ. 13. Ὑμεῖς — λῃςῶν.

Λῃςὰς ὠνόμασε, τοὺς ἐν αὐτῷ καπηλεύοντας, διὰ τὸ ὁμοίως τοῖς λῃςαῖς φιλοκερδεῖν. οἱ λῃςαὶ γὰρ φιλοκερδεῖς, ἢ διότι τὰ πωλούμενα, ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας ἦσαν. ἐν τῷ ἱερεμίᾳ [s]) s) Ier. 7, 11. δὲ γέγραπται, μὴ σπήλαιον λῃςῶν ὁ οἶκός μου ἐςί;

Κεφ. Μϛ. Περὶ τῶν τυφλῶν καὶ χωλῶν.

Verſ. 14. Καὶ — αὐτούς.

Χωλός ἐςι, καὶ πᾶς ὁ μὴ βαίνων ὀρθὰ πρὸς ἀρετήν· τυφλός [5]) ἐςι, καὶ πᾶς ὁ μὴ νοῶν τὸ καλόν.

Verſ. 15. Ἰδόντες — ἠγανάκτησαν.

Ὠικονόμησεν ὁ θεὸς, καὶ τοὺς παῖδας ὑμνῆσαι αὐτὸν, ἵνα πάσης ἀντιλογίας ἀποκλεισθῶσιν

5) δὲ, interponit. A.

cluderentur Iudaei, videntes filios qui apud se fuerant enutriti ac instructi, mirabiliter ac supernaturaliter motos ad Christi laudem. Verum illi fiunt ex hoc multo impudentiores, atque inuidia dirupti insaniunt.

Vers. 16. *Et — dicunt?*

O impudentiam: aequum potius erat vt diceret eis Christus: Auditis quid dicunt hi filii vestri, qui me nunquam viderunt?

Vers. 16. *Iesus autem — vtique.*

Omnino inquit audio. Et quia plurimum impudentes erant sicut diximus, increpatoria vsus est responsione, dicens.

Vers. 16. *Nunquam — laudem?*

Dauid dictum est, quo ea quae tunc fiebant prophetauerat. Itaque stupore plenissimum est hoc miraculum. Tunc enim chorus puerorum lactentium clare loquutus est. Siquidem non simpliciter pueri erant, sed pueri infantes ac lactentes. Perfecisti vero, id est perfectum ex imperfecto ore fecisti. Bene autem dixit, Ex ore infantium. Nam os erat infantium: id autem quod dicebatur, potentiae ipsius erat, quae disertam reddebat immaturam lactentium linguam. Et hoc quoque miraculose factum est ad discipulorum consolationem, vt de seipsis confiderent, quod qui disertam fecerat balbutientem linguam, *) sapientem etiam facturus erat eorum ruditatem. Erat et hoc figura gentium, quae quum ad Theologiam et diuina

verba

*) ἐπειδὴ, pro ἐπεί. A.

Ἰουδαῖοι, βλέποντες τὰ ἔκγονα αὐτῶν, τὰ παρ' αὐτοῖς τρεφόμενα καὶ παιδευόμενα, κινούμενα πρὸς ὕμνον τοῦ χριστοῦ παραδόξως καὶ ὑπερφυῶς· οἱ δὲ σφοδρότερον μᾶλλον ἀναισχυντοῦσι καὶ τῷ φθόνῳ διαῤῥηγνύμενοι μαίνονται.

Vers. 16. Καὶ — λέγουσιν;

Ὢ τῆς ἀναιδείας! τὸν χριστὸν εἰκὸς ἦν εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς, ἀκούετε, τί οὗτοι λέγουσιν, οἱ παῖδες ὑμῶν, οἱ μηδέποτέ με θεασάμενοι;

Vers. 16. Ὁ δὲ ἰησοῦς — ναί.

Ναί, φησιν, ἀκούω. καὶ ἐπεὶ, [6]) ὡς ἔφημεν, σφόδρα ἠναισχύντουν, ἐπιπληκτικώτερον κέχρηται τῇ ἀπολογίᾳ λέγων·

Vers. 16. Οὐδέποτε — αἶνον;

Τοῦ δαυὶδ μὲν τὸ ῥητὸν, προεφήτευε δὲ τὰ τηνικαῦτα γινόμενα. ἐκπληκτικώτατον οὖν τὸ τοιοῦτον θαῦμα. τότε γὰρ πρῶτον χορὸς παίδων ὑπομαζίων τρανῶς ἐφθέγξατο. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἦσαν παῖδες, ἀλλὰ παῖδες νήπιοι, καὶ θηλάζοντες. κατηρτίσω δὲ, ἀντὶ τοῦ, τέλειον ἐποίησας ἐξ ἀτελοῦς στόματος. καλῶς δὲ εἶπεν, ἐκ στόματος νηπίων. τὸ στόμα γὰρ ἦν, τῶν νηπίων· τὸ δὲ λεγόμενον, τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, τρανούσης [7]) τὴν ἄωρον γλῶσσαν τῶν θηλαζόντων. ἐθαυματουργήθη δὲ τοῦτο καὶ πρὸς παράκλησιν τῶν μαθητῶν, ἵνα θαῤῥήσωσιν ὑπὲρ ἑαυτῶν, ὡς ὁ τὴν ψελλίζουσαν γλῶσσαν τρανώσας, σοφίσει καὶ τὴν ἰδιωτείαν αὐτῶν. ἦν δὲ τοῦτο καὶ τύπος τῶν

7) δὲ, addit. A.

verba balbutirent, repente ita perfecte resonarunt, vt ab omnibus exaudiri possent.

Vers. 17. *Et — illic.*

Exiuit vt affectus tumorem in illis remitteret, et accensum inuidiae eorum ignem extingueret.

Cap. XLVII. De ficu, quae exaruit.

Vers. 18. *Mane — v. 19. ficus.*

Quia frequenter demonstrauerat potentiam suam, qua beneficia praestabat: seueram autem et vltionis inflictiuam, ne semel quidem: iam etiam demonstrare eam intendit, vt hic quoque discipuli confiderent, quod potens esset vlcisci insidiantes Iudaeos, quodque non pateretur non volens. Hanc autem in hominem non exercet, vtpote hominum amator, sed in plantam. Ideo se finxit esurire, et venit ad ficum, si forte in ea quippiam inueniret, sicut dixit Marcus. Atqui sciebat se nihil in ea inuenturum. Nam et hoc dixit Marcus, addens quod non erat tempus ficuum. Dispensatorie autem haec effinxit, vt apta occasione ad miraculi operationem descendat, soloque verbo ficum arescere faciat, et suam punitiuam ostendat potentiam, sicut eius intentum erat. Arefacit quoque plantam, quae prae caeteris maiorem habet humorem, vt maius fiat miraculum. Ne ergo inquiras, cur punita sit planta, quae nihil offenderat, sed solum intuere miraculum, eumque admirare qui operatus est. Punita est enim, non quod

8) Vide infra ad Io. 4, 7. ad ista: λέγει αὐτῇ.
9) ξηραίνῃ. B.

τῶν ἐθνῶν, αἱ ψελλίζοντα πρὸς θεολογίαν, αἰφνίδιον ἤχησαν τέλειον καὶ ἐξάκουστον.

Vers. 17. Καὶ — ἐκεῖ.

Ἐξῆλθε, χαλῶν αὐτοῖς τὸν ὄγκον τοῦ πάθους, καὶ σβεννύων τὴν πυρκαϊὰν τοῦ φθόνου αὐτῶν.

Κεφ. ΜΖ. Περὶ τῆς ξηρανθείσης συκῆς.

Vers. 18. Πρωΐας — v. 19. συκῆ.

Ἐπεὶ τὴν μὲν εὐεργετικὴν αὐτοῦ δύναμιν πολλάκις ἐπεδείξατο· τὴν δὲ τιμωρητικὴν οὐδ' ἅπαξ, δεῖξαι λοιπὸν καὶ ταύτην βουληθεὶς, ἵνα θαῤῥήσωσιν οἱ μαθηταὶ κἀντεῦθεν, ὅτι δυνατός ἐστιν ἀμύνασθαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας Ἰουδαίους, καὶ ὅτι οὐκ ἄν ποτε πάθοι, μὴ θέλων, εἰς ἄνθρωπον μὲν οὐκ ἐπιδείκνυται ταύτην, ὡς φιλάνθρωπος· εἰς τὸ φυτὸν δέ. διὸ καὶ σχηματίζεται [s]) πεινᾷν, καὶ ἔρχεται πρὸς τὴν συκῆν, εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ, καθὼς εἶπε [t]) Μάρκος, καίτοι γινώσκων, ὡς οὐχ εὑρήσει. καὶ τοῦτο γὰρ αὐτὸς οὗτος ὁ Μάρκος εἴρηκε, προσθεὶς· ὅτι [v]) οὐκ ἦν καιρὸς σύκων καὶ ταῦτα πλάττεται κατ' οἰκονομίαν, ἵνα εὐαφόρμως ἐπὶ τὴν θαυματουργίαν ἔλθῃ. καὶ λόγῳ μόνῳ ξηραίνει [x]) τὴν συκῆν, καὶ δείκνυσι τὴν τιμωρητικὴν αὐτοῦ δύναμιν, ὡς ἦν αὐτῷ σκοπός. ξηραίνει δὲ τὸ ὑγρότερον τῶν ἄλλων φυτῶν, ἵνα καὶ μεῖζον τὸ θαῦμα γένηται. μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ, διατί τετιμώρηται τὸ φυτὸν, ἀναίτιον ὄν· ἀλλὰ μόνον ὅρα τὸ θαῦμα, καὶ θαύμαζε τὸν θαυματουργόν. τετιμώρηται γὰρ, [1]) οὐχ ὡς

t) Marc. 11, 12. 13.

v) Marc. 11, 13

[1]) γὰρ, abest. A.

quod peccauerit, sed vt discerent qui sequebantur, quod etiam vltionem sumere posset Christus.

† Ficus solis ornata foliis, Iudaeorum erat synagoga, fructum non habens iustitiae, sed consuetudinum effictarum ostentationem, tanquam folia producens? Vel etiam aliter: cultus diuinus qui in umbris et figuris corporalibus erat, ac iudaicae obseruationes, possunt dici ficus illa.

Vers. 20. *Et — ficus?*

Videntes non statim, sed die sequenti. Ait enim Marcus: Et quum iam facta esset vespera, egrediebatur extra ciuitatem. Et mane praetereuntes, viderunt ficum exaruisse radicitus. Recordatusque Petrus ait illi: Rabbi ecce ficus quam execratus es, exaruit. Recordatus enim execrationis ostendit ei ficum.

Vers. 21. *Respondens — fiet.*

Similia quoque his dixit tricesimo quinto capite. Quaere itaque ibi enarrationem, per quam scire et haec manifeste poteris. Marcus verum Iesum dixisse refert: Quicumque dixerit monti huic, Tollere et proiice te in mare, et non dubitauerit in corde suo, sed crediderit quod quae dicit fient: erit illi quicquid dixerit. Mons tamen etiam diabolus intelligitur propter elationem: mare vero abyssus et chaos siue vorago inferni.

ὡς ἁμαρτῆσαι, ἀλλ' ἵνα μάθωσιν οἱ ἀκολουθοῦντες, ὅτι καὶ κολάζειν ὁ χριστὸς δύναται.

[Συκῆ,[z]) φύλλοις κομῶσα μόνοις, ἡ τῶν ἰουδαίων συναγωγὴ, καρπὸν μὲν δικαιοσύνης οὐκ ἔχουσα, μόνην δὲ τὴν τῶν πεπλανημένων ἠθῶν ἐπίδειξιν, ὡς φύλλα, προβαλλομένη. ἢ καὶ ἄλλως, ἡ ἐν σκιαῖς καὶ τύποις σωματικοῖς τοῦ νόμου λατρεία, καὶ τὰ ἰουδαϊκὰ παρατηρήματα.]

Verſ. 20. Καὶ — συκῆ;

Ἰδόντες, οὐκ αὐτίκα, ἀλλὰ τῇ ἐπαύριον. λέγει γὰρ ὁ μάρκος, ὅτι καὶ[x]) ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πόλεως. καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι, εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν. καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ πέτρος λέγει αὐτῷ· ῥαββὶ, ὅ ἐστι, διδάσκαλε, ἴδε ἡ συκῆ, ἣν κατηράσω, ἐξήρανται. ἀναμνησθεὶς γὰρ τῆς κατάρας, ἔδειξεν αὐτῷ τὴν συκῆν. x)Marc. 11, 19.

Verſ. 21. Ἀποκριθεὶς — γενήσεται.

Τὰ παραπλήσια τούτοις εἶπε καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν, δι' ἧς γνοίης ἂν καὶ ταῦτα σαφῶς. μάρκος δέ φησιν, εἰρηκέναι τὸν ἰησοῦν, ὅτι[y]) ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ· ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ, ὅτι ἃ λέγει γίνεται· ἔσται αὐτῷ, ὃ ἐὰν εἴπῃ. διάκρισιν γὰρ ἀμφότεροι, τὸν διστάγμον ὀνομάζουσιν. ὄρος δὲ νοεῖται, καὶ ὁ διάβολος, διὰ τὴν ἔπαρσιν· θάλασσα δὲ, ἡ ἄβυσσος καὶ τὸ χάος. y)Marc. 11, 23.

z) Incluſa exhibet vterque Codex in margine.

Verſ. 22. *Et — accipietis.*

Marcus autem dixit: Et quaecunque orantes petitis, credite quod accipietis, et erunt vobis. Omnia autem non ſimpliciter intelligit, ſed quae digna ſunt.

Cap. XLVIII. De principibus ſacerdotum et ſenioribus Dominum interrogantibus.

Verſ. 23 *Quumque ipſe veniſſet — hanc?*

Quia miracula carpere non poterant, de eiectione conqueruntur eorum, qui in templo emebant ac vendebant, dicentes: In qua poteſtate haec facis, prohibens quae nos non prohibemus? et quis tibi dedit poteſtatem hanc, cui nullus templi principatus commiſſus eſt? Atqui bonum opus fuerat operatus repurgato templo: verum inuidia, etiam bona calumniari ſolet.

Verſ. 24. *Reſpondens — v. 25. hominibus?*

E coelo, hoc eſt coelitus a Deo. Ex hominibus, id eſt ab hominum praecepto. Vide autem quomodo non ſtatim reſpondit eis: ne ſeipſum magnificare videretur, et ne ipſum carperent, quaſi Dei aduerſarium. Quia autem baptiſta multa de eius magnitudine teſtatus fuerat: inde eos e diuerſo interrogat; et in perplexitatem eos concludit: ita vt etiam ipſi agnoſcentes turbati ſint.

Verſ. 25.

3) Ita etiam in textu Marci habet Codex vterque.
4) ἐκ θεῦ. A.

Verſ. 22. Καὶ — λήψεσθε.

Ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ [z]) πάντα ὅσα ἂν z) Marc. XI. 24.
προσευχόμενοι [1]) αἰτῆσθε, πιστεύετε, ὅτι λαμβά-
νετε, καὶ ἔσται ὑμῖν· πάντα δὲ νόει, μὴ ἁπλῶς,
ἀλλὰ τὰ ἄξια.

Κεφ. ΜΗ. Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν κύριον ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων.

Verſ. 23. Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ — ταύτην;

Ἐπεὶ τοῖς θαύμασιν οὐκ ἠδύναντο μέμψασθαι, περὶ τῆς ἐκβολῆς ἐγκαλοῦσι τῶν πωλούντων καὶ ἀγοραζόντων ἐν τῷ ἱερῷ, λέγοντες· ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; κωλύων, ἅπερ ἡμεῖς οὐκ ἐκωλύσαμεν. καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην τοῦ ἐξωθεῖν; μηδεμίαν ἀρχὴν τοῦ ναοῦ ἐμπεπιστευμένῳ. καὶ μὴν καλὸν ἐποίησεν, ἀνακαθάρας τὸ ἱερόν· ἀλλ' ἡ βασκανία καὶ τοῖς καλοῖς εἴωθεν ἐπηρεάζειν.

Verſ. 24. Ἀποκριθεὶς — v. 25. ἀνθρώπων;

Ἐξ οὐρανοῦ μὲν, ἀντὶ τοῦ, ἄνωθεν, ἐκ τοῦ [4]) θεοῦ· ἐξ ἀνθρώπων δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἐξ ἐντολῆς ἀνθρώπων. ὅρα δὲ, πῶς ἐξ εὐθείας μὲν οὐκ ἀπεκρίθη τούτοις, ἵνα μὴ δόξῃ μεγαλύνειν ἑαυτὸν, καὶ ἵνα μὴ διασύρωσιν αὐτὸν, ὡς ἀντίθεον. ἐπεὶ δὲ ὁ βαπτιστὴς ἰωάννης πολλὰ περὶ τῆς μεγαλειότητος αὐτοῦ μεμαρτύρηκεν, ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀντεπερωτᾷ, καὶ συνελαύνει πρὸς ἀπορίαν, ὃ καὶ αὐτοὶ γνόντες, ἐθορυβήθησαν.

Verſ. 25.

Verſ. 25. *At illi — credidiſtis ei?*

Haec eſt perplexitas. Dixiſſet enim eis: Quare non credidiſtis ei, quum multa et magna de me diceret? Nam ſi his quae dicebat credidiſſetis, cognouiſſetis vtique in qua poteſtate haec faciam. Nunc itaque conuincimini, quod fruſtra Iohannem habueritis prophetam, quum illi non credideritis.

Verſ. 26. *Si autem — prophetam.*

O miſeram hominibus placendi captiuitatem. Deum contemnunt, homines vero timent: et ad eorum gratiam omnia operantur.

Verſ. 27. *Et reſpondentes — faciam.*

Oportebat quidem eos dicere, quod baptisma Iohannis a Deo erat, et quod Iohannes a Deo miſſus erat. Quia vero argui timebant, vt qui non crediſſe illi viſi fuerant, veritatem abſcondebant. Ait ergo: Neque ego dico vobis quod ſcire cupitis: non ſicut vos veritatem abſcondens, ſed reſponſione iudicans vos indignos, qui ita doloſe verſamini.

Cap. XLIX. De duobus filiis parabola.

Verſ. 28. *Quid autem vobis videtur?*

De his quae dicam. Quum enim dicere noluiſſent vnde erat baptisma Iohannis, ne arguerentur quod ei non credidiſſent, per parabolam eos aggredi parat, vt ſeipſos ipſi condemnent tanquam incredulos, et dicit.

Verſ. 28.

5) ἂν, omittit. B.

Verſ. 25. Οἱ δὲ — ἐπιϛεύσατε αὐτῷ;

Τοῦτό ἐϛιν, ἡ ἀπορία. εἶπε γὰρ ἂν [s]) αὐτοῖς, διατί οὐκ ἐπιϛεύσατε αὐτῷ, λέγοντι πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ ἐμοῦ; εἰ γὰρ ἐπιϛεύσατε, οἷς ἔλεγεν, ἐγινώσκετε ἂν, ἐν ποίᾳ ἐξεσίᾳ ταῦτα ποιῶ. λοιπὸν οὖν ἐλέγχεσθε, μάτην ἔχοντες προφήτην τὸν ἰωάννην, ἀπιϛοῦντες αὐτῷ.

Verſ. 26. Ἐὰν δὲ — προφήτην.

Ὢ τῆς ἀνελευθέρου τῶν ἀθλίων ἀνθρωπαρεσκείας! τοῦ μὲν θεοῦ καταφρονοῦσι· τοὺς ἀνθρώπους δὲ φοβοῦνται, καὶ πρὸς χάριν αὐτῶν ἅπαντα πράττουσιν.

Verſ. 27. Καὶ ἀποκριθέντες — ποιῶ.

Ἔδει μὲν αὐτοὺς εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸ βάπτισμα ἐκ θεοῦ ἦν, καὶ ὁ ἰωάννης ἐκ θεοῦ ἐϛαλται· ἐπεὶ δὲ φεύγοντες τὸν ἔλεγχον, ἵνα μὴ ἀπιϛοῦντες αὐτῷ φανῶσιν, ἔκρυπτον τὴν ἀλήθειαν, φησὶν, οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν, ὃ βούλεσθε μαθεῖν, οὐ κρύπτων, ὡς ὑμεῖς, τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἀναξίους τῆς ἀποκρίσεως ὑμᾶς λογιζόμενος, οὕτω κακουργοῦντας.

Κεφ. ΜΘ. Περὶ τῶν δύο υἱῶν παραβολή.

Verſ. 28. Τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ;

Περὶ ὧν ἐρῶ, δηλονότι. μὴ θελησάντων γὰρ εἰπεῖν, πόθεν ἦν τὸ βάπτισμα ἰωάννου, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν ἀπιϛήσαντες ἐκείνῳ, βούλεται διὰ παραβολῆς αὐτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς τὸ αὐτοὺς καταψηφίσασθαι ἑαυτῶν, ὡς ἀπειθῶν, καὶ λέγει.

Verſ. 28.

Vers. 28. *Homo habebat — v. 30. non abiit.*

Hominem significat Deum, tanquam videlicet humanum aut hominum amatorem. Duos autem filios eius, populum gentilem et iudaicum, qui sunt facturae ipsius. Et is qui non promisit, sed tamen abiit, populus est gentilis: qui vero promisit nec tamen abiit, iudaicus. Gentes siquidem non promiserunt se Deum audituras, et tamen postea audierunt, obedientes Christo ac Deo, et in eum credentes: Iudaei vero promiserunt, dicentes in libro Deuteronomii: Omnia quae dixit Deus faciemus et audiemus: postmodum autem obaudierunt, ipsi permanentes Christo ac Deo increduli. Haec tantum de parabola elige et intellige, reliqua vero praetereas, quemadmodum et in reliquis parabolis admonuimus, tanquam hoc solo fine in ea posita quo firmior esset, et Iudaei nihil de seipsis intelligentes, rectam proferrent sententiam.

Vers. 31. *Quis — primus.*

Coegit illos vt dictum est, sententiam qua condemnarentur proferre. Deinde ad publicanos transit et meretrices, hos plus quam illos arguens.

Vers. 31. *Ait illis — Dei.*

Publicanos dicit qui poenitentiam egerant, baptizatique fuerant praedicante Iohanne, et meretrices similiter praecedunt hoc est priora sumunt. Deinde et rationem docet, quomodo priora sumunt, dicens.

Vers. 32.

Verſ. 28. Ἄνθρωπος — V. 30. οὐκ ἀπῆλθεν.

Ἄνθρωπον μὲν ὑποδηλοῖ, τὸν θεὸν, ὡς φιλάνθρωπον· τέκνα δὲ αὐτοῦ δύο, τόν τε λαὸν τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸν τῶν ἰουδαίων, ὡς ποιήματα αὐτοῦ. καὶ ἐστιν ὁ μὴ ὑποσχόμενος μὲν, ἀπελθὼν δὲ, ὁ λαὸς τῶν ἐθνῶν· ὁ δὲ ὑποσχόμενος μὲν, μὴ ἀπελθὼν δὲ, ὁ λαὸς τῶν ἰουδαίων. τὰ ἔθνη μὲν γὰρ οὐχ ὑπέσχοντο ἀκούσεσθαι τοῦ θεοῦ, καὶ ὅμως ὕστερον ὑπήκουσαν πιστεύσαντα τῷ θεῷ καὶ χριστῷ. οἱ δὲ ἰουδαῖοι ὑπέσχοντο, εἰπόντες ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ δευτερονομίου· πάντα,[a]) ὅσα ἂν εἴπῃ ὁ θεὸς, ποιήσομεν, καὶ ἀκουσόμεθα, καὶ ὕστερον παρήκουσαν, ἀπιστήσαντες τῷ χριστῷ καὶ θεῷ. ταῦτα μόνα τῆς παραβολῆς ἐκλέγου, καὶ ἐπιγίνωσκε· τἄλλα δὲ πάρες, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων παραβολῶν παρηγγείλαμεν. ἐπὶ τὸ ἀσαφέστερον γάρ τινα ταύτης οἰκονομικῶς συνετέθησαν, διὰ τὸ ἀνύποπτον, ἵνα μηδὲν περὶ ἑαυτῶν οἱ ἰουδαῖοι γνόντες, ὀρθὴν ἐξενέγκωσι τὴν ψῆφον.

a) Exod. 19, 8.

Verſ. 31. Τίς — πρῶτος.

Αὐτοὺς ἠνάγκασεν, ὡς εἴρηται, τὴν ψῆφον ἐξαγαγεῖν, ἵνα αὐτοκατάκριτοι γένωνται. εἶτα μεταβαίνει πρὸς τοὺς τελώνας καὶ τὰς πόρνας, ἐπὶ πλέον ἐλέγχων αὐτούς.

Verſ. 31. Λέγει αὐτοῖς — θεοῦ.

Τελώνας λέγει, τοὺς μετανοήσαντας καὶ βαπτισθέντας, ὅτε ὁ ἰωάννης ἐκήρυσσε, καὶ πόρνας ὁμοίως. προάγουσι δὲ, ἀντὶ τοῦ, προλαμβάνουσιν. εἶτα σαφηνίζει τὸν λόγον, καὶ διδάσκει, πῶς προλαμβάνουσι, λέγων.

Verſ. 32.

Verſ. 32. *Venit — illi.*

Venit ad vos non per ignauam vitam, ſed per viam virtutis, vt fide dignus haberetur, et non credidiſtis ei, quum reſipiſcere admoneret, paratique ad ſuſceptionem regni Dei.

Verſ. 32. *Vos — ei.*

Vos autem videntes, quomodo publicani et meretrices ad praedicationem Iohannis conuerſi erant, non reſipuiſtis ad credendum?

Cap. L. De vinea parabola.

Verſ. 33. *Aliam — peregre profectus eſt.*

Hominem ſimiliter aenigmatice ſignificat Deum et patrem, propter hominum amorem, et propter parabolae morem. Plantata autem vinea ab illo, populus eſt Iudaicus quam plantauit in terra promiſſionis. Dicit enim Dauid, Vineam de Aegypto transtuliſti, eieciſti gentes et plantaſti eam. Sepes vero lex, non ſinens eam commiſceri gentibus. Poteſt quoque dici ſepes, Dei cuſtodia, quae vineam hanc ab omnium circumiacentium gentium inſidiis cuſtodit. Deſtruxiſti inquit ſepem eius, et vindemiant eam omnes qui praetergrediuntur viam. Lacus ſiue torcular eſt altare in quo ſanguis effundebatur. Turris vero templum, propter ſtructurae fortitudinem ac ſublimitatem. Agricolae autem, ſunt principes ſacerdotum et ſcribae ſenioresque populi. His enim tanquam praeceptoribus concredidit Deus hanc vineam. Profectionem autem

Vers. 32. Ἦλθε — αὐτῷ.

Ἦλθε πρὸς ὑμᾶς, οὐκ ἐν ἠμελημένῳ βίῳ, ἀλλ' ἐν ὁδῷ ἀρετῆς, ἵνα καὶ ἀξιόπιστος φανῇ, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ, παραινοῦντι μετανοεῖν καὶ εὐτρεπίζεσθαι πρὸς ὑποδοχὴν τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.

Vers. 32. Ὑμεῖς — αὐτῷ.

Ὑμεῖς δὲ, ἰδόντες τοὺς τελώνας καὶ τὰς πόρνας, πῶς μετεβλήθησαν, ὅτε ὁ Ἰωάννης ἐκήρυσσε, καὶ προέλαβον ὑμᾶς, οὐ μετεβλήθητε, ὥστε πιστεῦσαι αὐτῷ.

Κεφ. Ν. Περὶ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολή.

Vers. 33. Ἄλλην — ἀπεδήμησεν.

Ἄνθρωπον μὲν ὁμοίως ὑπαινίττεται, τὸν θεὸν καὶ πατέρα, διὰ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ διὰ τὸ τῆς παραβολῆς ἔθος· ἀμπελὼν δὲ φυτευθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὁ ἰσραηλίτης λαὸς, ὃν ἐφύτευσεν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας. Φησὶ γὰρ ὁ δαυίδ· ἄμπελον b) ἐξ αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη καὶ κατεφύτευσας αὐτήν· φραγμὸς δὲ, ὁ νόμος, οὐκ ἐῶν αὐτὸν ἐπιμιγῆναι τοῖς ἔθνεσι. λέγοιτο δ' ἂν φραγμὸς, καὶ ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ φυλακὴ, φρουροῦσα τοῦτον ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς τῶν πέριξ ἐθνῶν· καθεῖλες c) γάρ, φησι, τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν· ληνὸς δὲ, τὸ θυσιαστήριον, ἐν ᾧ τὸ αἷμα ἐξεχεῖτο· πύργος δὲ, ὁ ναὸς, διὰ τὸ τῆς οἰκοδομῆς ὀχυρὸν καὶ ὑψηλόν· γεωργοὶ δὲ, οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ· τούτοις γὰρ ἐνεπίστευσεν ὁ θεὸς, ὡς διδασκάλοις, τὸν ἀμπε-

b) Ps. 79, 9.

c) Ps. 79, 13.

autem patrifamilias, dicit Chrysostomus longanimitatem ac patientiam eius in his qui peccauerunt.

Vers. 34. *Quum autem — v. 36. similiter.*

Fructus dictae vineae obseruatio erat legalium praeceptorum ac virtutes. Serui autem prophetae: quos diuersos, diuersisque temporibus missos ad repetitionem huiusmodi obseruationis mandatorum ac virtutum, vt dictum est, variis modis punierunt. Marcus autem et Lucas tres missiones descripserunt dicentes missos esse: primo vnum seruum, deinde alterum, postmodum tertium. Nec id contradicit his, quae scribit Matthaeus. Nam et hic per duas missiones comprehendit omnes: et similiter illi per tres: hic tamen generalius, illi vero particularius, qui etiam per vnum seruum omnes significant, qui vna missione missi sunt, eodemque tempore. Quid est autem quod dicit Marcus, Et hunc lapidantes ἐκεφαλαίωσαν? Quidam dicunt tantundem significari, ac si dicatur, quod iniuriam in hoc collegerunt siue impleuerunt. Ego autem puto ἐκεφαλαίωσαν significare, Caput illi comminuerunt.

Vers. 37. *Postmodum vero — filium meum.*

Hoc dixit non quasi futurum: sciebat namque quod hunc reuerituri non essent, sed tanquam id quod fieri deberet, ac si diceret, Oportet vt reuereantur filium meum. Lucas autem ait, quod dixerit dominus vineae: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: fortassis hunc intuiti reuerebuntur. Dixit autem, Quid faciam? non ex am-

⁶) Tom. VII. p. 670. A.

ἀμπελῶνα τοῦτον· ἀποδημίαν δὲ τοῦ οἰκοδεσπότου φησὶν ὁ [6]) χρυσόστομος, τὴν μακροθυμίαν, ἐφ᾽ οἷς ἡμάρτανον.

Verſ. 34. Ὅτε δὲ — v. 36. ὡσαύτως.

Καρποὶ μὲν τοῦ ῥηθέντος ἀμπελῶνος, ἡ φυλακὴ τῶν νομικῶν ἐντολῶν καὶ αἱ ἀρεταί· δοῦλοι δὲ, οἱ προφῆται, οὓς ἄλλοτε ἄλλους ἀποσταλέντας εἰς ἀπαίτησιν τῆς τοιαύτης, ὡς εἴρηται, φυλακῆς καὶ τῶν ἀρετῶν, διαφόρως ἐτιμωρήσαντο. μάρκος [d]) δὲ καὶ λουκᾶς τρεῖς ἀποστολὰς τῶν προφητῶν ἀνέγραψαν, λέγοντες ἀπεστάλθαι πρῶτον, ἕνα δοῦλον, εἶτα ἕτερον, ἔπειτα τρίτον. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἐναντιολογία πρὸς τὸν ματθαῖον. κἀκεῖνος γὰρ διὰ τῶν δύο ἀποστολῶν πάντας συμπεριέλαβε, καὶ οὗτοι διὰ τῶν τριῶν ὁμοίως. πλὴν ἐκεῖνος μὲν παχύτερον, οὗτοι δὲ λεπτομερέστερον, οἳ καὶ διὰ τοῦ ἑνὸς δούλου πάντας δηλοῦσι τοὺς τῆς μιᾶς ἀποστολῆς καὶ τοῦ αὐτοῦ καιροῦ. τί δέ ἐστιν, ὅ φησιν μάρκος περὶ ἑνὸς, ὅτι κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες [e]) ἐκεφαλαίωσαν. τινὲς μὲν εἶπον, ὅτι ἐκεφαλαίωσαν τὴν ὕβριν, ἤγουν, ἐκορύφωσαν· ἐγὼ δὲ οἶμαι τὸ ἐκεφαλαίωσαν, ἀντὶ τοῦ, τὴν [7]) κεφαλὴν αὐτοῦ συνέτριψαν.

d) Marc. 12, 2. ſeqq. Luc. 20, 10. ſeqq.

e) Marc. 12, 4.

Verſ. 37. Ὕστερον δὲ — τὸν υἱόν μου.

Τοῦτο εἶπεν, οὐχ ὡς ἀποβησόμενον. ἐγίνωσκε γὰρ, ὅτι οὐκ ἐντραπήσονται τοῦτον, ἀλλ᾽ ὡς ὀφειλόμενον, ὡσανεὶ λέγων, ὅτι χρὴ αὐτοὺς ἐντραπῆναι τὸν υἱόν μου. λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι εἶπεν [f]) ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος· τί ποιήσω; πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες

f) Luc. 20, 13.

7) Simile eſt, quod Heſychius laudat, γναθοῦν· τὸ εἰς γνάθους τύπτειν.

ambiguitate, sed ex humani generis amore. Ostendens quantum sint illi curae ingrati, nondum eos punire volendo: sed modum quaerendo, quo hos exasperatos, redderet mansuetos. Dictio autem ἴσως apud Lucam pro qua vertimus Fortassis id quod decens est et aequum innuit.

Vers. 38. *Agricolae autem — eius.*

Considera quam diligenter praedicit ea quae ventura erant. Atqui non occiderunt hunc tanquam Dei filium. Non occiderunt eum vt Dei filium, sed occiderunt tanquam vineae haeredem siue tanquam regem Israel. Aspicientes siquidem ad ea quae operabatur miracula, et audientes ea quae sapientissime disserebat: cognouerunt quidem apud semetipsos hunc esse quem prophetae regem Israel annunciauerant: verum inuidia deuicti et ab ea excaecati, id sane occultauerunt, consilium vero ceperunt vt eum occiderent, et ita occuparent deinceps eius haereditatem, hoc est populum. Occidamus, inquit Marcus, eum, et nostra erit haereditas. Nihil autem de eo quod in posterum succederet suspicabantur. Etenim viuens adhuc arguebat eos, et exprobrabat illis, non tamen ei fides habebatur.

Vers. 39. *Et — occiderunt.*

Extra terminos vineae suae, extra ciuitatem. Nam hunc extra illam crucifixerunt. Marcus autem dicit, quod hunc primum occiderunt, deinde foras extra vineam eiecerunt. Quid ergo dicemus? Quod ille Foras eiicere, iuxta aliud dixit significatum, vt tantundem sit sicut Haereditate priuare, prout illis videbatur.

Vers. 40.

*) Hentenius ita, ac si legerit, ἠπιστήθη.

τες ἐντραπήσονται. εἶπε δὲ, τί ποιήσω, οὐκ ἐξ ἀπορίας, ἀλλ᾽ ἐκ φιλανθρωπίας, δεικνύων, πῶς τοῦ κήδεται τῶν ἀχαρίστων, μήπω θέλων κακῶσαι τούτους, ἀλλὰ ζητῶν τρόπον, δι᾽ οὗ τούτους ἀγριωθέντας ἡμερώσει. καὶ τὸ ἴσως δὲ, τὸ εἰκὸς δηλοῖ.

Vers. 38. Οἱ — αὐτοῦ.

Σκόπει, πῶς ἀκριβῶς προλέγει τὰ μέλλοντα. καὶ μὴν, οὐχ ὡς υἱὸν θεοῦ τοῦτον ἀνεῖλον· οὐκ ἀνεῖλον αὐτὸν, ὡς υἱὸν θεοῦ· ἀλλ᾽ ὡς κληρονόμον τοῦ ἀμπελῶνος, ἤγουν, ὡς βασιλέα τοῦ ἰσραήλ. βλέποντες γὰρ, ἃ ἐτερατούργει, καὶ ἀκούοντες, ἃ ἐφιλοσόφει, συνῄσθοντο μὲν ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι αὐτός ἐστιν, ὃν οἱ προφῆται καταγγέλλουσι βασιλέα τοῦ ἰσραήλ· ἐνικηθέντες δὲ τῷ φθόνῳ, καὶ σκοτισθέντες ὑπὸ τῆς βασκανίας, τοῦτο μὲν συνεκάλυψαν, συμβούλιον δὲ ἔλαβον, ἵνα αὐτὸν ἀποκτείνωσι, καὶ λοιπὸν κυριαρχήσωσι τῆς κληρονομίας αὐτοῦ, τουτέστι, τοῦ λαοῦ, μηδὲν εἰς τὸ ἑξῆς ὑποπτεύοντες. καὶ γὰρ ζῶν, ἤλεγχεν αὐτοὺς, καὶ ὠνείδιζε, καὶ [8]) ἠπείλει.

Vers. 39. Καὶ — ἀπέκτειναν.

Ἔξω τῶν ὁρίων τοῦ ἀμπελῶνος, ἤγουν, ἔξω τῆς πόλεως. ἔξω γὰρ αὐτῆς τοῦτον ἐσταύρωσαν. μάρκος δέ φησιν, ὅτι πρῶτον [8]) ἀπέκτειναν αὐτὸν, εἶτα ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος. τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι τὸ ἐξέβαλον ἔξω καθ᾽ ἕτερον ἐκεῖνος εἶπε σημαινόμενον, ἀντὶ τοῦ, ἀπεστέρησαν, [9]) ὡς αὐτοῖς ἐδόκει. 8) Marc. 12, 8.

Ggg 3 Vers. 40.

9) Intell. τοῦ ἀμπελῶνος. Crediderim tamen potius, Marcum inuertiſſe ordinem atque idem vocabulum ſenſu eodem ſumſiſſe. Sic Io. 12, 3. ἤλειψε καὶ ἐξέμαξε, quod rectius dixit Luc. 7, 38. ἐξέμασσε καὶ ἤλειφε. Primum enim eſt βρέχειν· ſecundum, ἐκμάσσειν· tertium, ἀλείφειν.

Verſ. 40. *Quum — illis?*

Rurſum eos interrogat: vt contra ſemetipſos ipſi concitarentur, ac ſeſe prolata ſententia condemnarent.

Verſ. 41. *Dicunt — perdet.*

Mali quum ſint, acerbe illos puniet.

Verſ. 41. *Et — ſuis.*

Nolentes prophetant et ipſi quod futurum eſt. Veniens enim dominus huius vineae, puta Chriſtus haeres a mortuis reſurgens, ac propria poteſtate reuerſus, tradidit eos Romanis in perditionem et interitum. Locum autem vineae locauit Chriſtianorum Epiſcopis, qui temporibus ſuis, quando videlicet Chriſtianorum tempora florebant, varias virtutes fructificabant. Verum Matthaeus quidem ipſos ait contra ſeſe protuliſſe ſententiam: Marcus autem et Lucas dicunt ipſum contra illos ſententiam tuliſſe. Veriſimile ergo eſt primum illos tuliſſe ſententiam: deinde Chriſtum dixiſſe quod illi dixerant, confirmando dictum ipſorum. Propriiſſime autem dixit Lucas, quod quum audiſſent dixerunt: Abſit. Antea enim ignorantes, quod de ipſis eſſet parabola, condemnauerant ſeipſos: poſtmodum vero ſententiam, confirmante Chriſto, intellexerunt et dixerunt, Abſit.

Verſ. 42. *Dicit — anguli?*

Dauidica prophetia eſt. Oſtendit autem per hanc Chriſtus, quod omnino futura ſunt quae dixit, quae etiam a ſpiritu ſancto olim praenunciata fuerant.

Verſ. 40. Ὅταν — ἐκείνοις;

Αὐτοὺς ἐρωτᾷ πάλιν, ἵνα αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν ἐξαγαγόντες κἀνταῦθα τὴν ἀπόφασιν αὐτοκατάκριτοι γένωνται.

Verſ. 41. Λέγουσιν — ἀπολέσει αὐτούς.

Κακοὺς ὄντας πικρῶς κολάσει αὐτούς.

Verſ. 41. Καὶ — αὐτῶν.

Ἄκοντες προφητεύουσι καὶ αὐτοὶ τὸ μέλλον. ἐλθὼν γὰρ ὁ κύριος τοῦ τοιούτου ἀμπελῶνος, ἤγουν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ὁ χριστὸς, ὁ κληρονόμος, καὶ ἐπανελθὼν εἰς τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν, παρέδωκεν αὐτοὺς τοῖς ῥωμαίοις εἰς ὄλεθρον καὶ ἀφανισμόν. τὸν δὲ τόπον τοῦ ἀμπελῶνος ἐξέδωκε τοῖς τῶν χριστιανῶν ἐπισκόποις, οἳ καὶ κατὰ τοὺς καιροὺς αὐτῶν, ὅτε δηλαδὴ τὰ χριστιανῶν ἤνθει, διαφερόντως ἐκαρποφόρουν τὰς ἀρετάς. ἀλλὰ ματθαῖος μὲν αὐτοὺς λέγει καθ' ἑαυτῶν τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν· μάρκος [h]) δὲ καὶ λουκᾶς φασὶν, ὅτι αὐτὸς ἀπεφήνατο κατ' αὐτῶν. εἰκὸς δὲ, πρῶτον ἐκείνους ἀποφήνασθαι, εἶτα τὸν χριστὸν εἰπεῖν, ὅπερ ἐκεῖνοι εἶπον, ἐπιβεβαιοῦντα τὸν λόγον αὐτῶν. ἰδιαίτατα δὲ λουκᾶς εἴρηκεν, ὅτι ἀκούσαντες [i]) εἶπον, μὴ γένοιτο. πρὸ τούτου γὰρ ἀγνοοῦντες, ὅτι περὶ αὐτῶν ἦν ἡ παραβολὴ, κατεψηφίσαντο ἑαυτῶν· ὕστερον δὲ, ἐπιψηφισαμένου τοῦ χριστοῦ, συνῆκαν, καὶ εἶπον, μὴ γένοιτο.

h) Marc. 12, 9. Luc. 20, 16.

i) Luc. 20, 16.

Verſ. 42. Λέγει — γωνίας;

Δαυϊτικὴ μὲν ἡ προφητεία, δείκνυσι δὲ διὰ ταύτης ὁ χριστὸς, ὅτι πάντως ἔσται, ἃ εἶπεν, προαγγελθέντα πάλαι παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

rant. Et quidem ab eis occidetur Christus, siue reprobabitur: verum a mortuis resurgens, fiet in caput anguli. Quid est autem hoc? Dicimus quod prophetia Christum appellauit lapidem: aedificantes vero, magistros Iudaeorum, quos etiam agricolas nominauit praecedens parabola: Reprobauerunt autem siue repulerunt hunc lapidem, primum quidem dicentes: Hic non est a Deo. Et rursum: Hic seducit mundum, aliaque similia: vltimo vero crucifigentes. Caput autem anguli, est lapis angularis. Itaque Christus factus est in caput anguli, siue factus est lapis angularis, quum assimilatus est huiusmodi lapidi. Nam sicut ille coniungit in seipso duos parietes: ita et Christus in seipso duos coadunat populos, gentilem videlicet et iudaicum, ac per fidem facit vnum. Quidam autem angulum intellexerunt ecclesiam, vtpote fideles colligantem, in cuius caput factus est Christus, caput videlicet siue principium et dominator.

Vers. 42. *A domino — nostris.*

Etiam hoc pars est dictae prophetiae, docens, quod Dei quoque voluntate fiet huiusmodi angulus, id est coniunctio populorum: et quod admirationi apud omnes erit hic angulus, non solum quia variis adornabitur virtutibus, sed etiam quia omnibus insidiis erit superior.

Vers. 43. *Ideo — ipsius.*

Regnum Dei dicit custodiam eius qua seruabantur: Nationem vero facientem dignos eius fructus, vocat genus Christianorum.

Vers. 44.

*) ἐκ et ἀπό. Codd. Chrysost. T. VII. p. 672. A.

καὶ ἀναιρεθήσεται μὲν ὑπ᾽ αὐτῶν· ἀναςὰς δὲ ἐκ νεκρῶν, γενήσεται εἰς κεφαλὴν γωνίας. τί δὲ τοῦτό ἐςιν, ἐρῦμεν. τροπικῶς ἡ προφητεία λίθον μὲν ὠνόμασε, τὸν χριςὸν· οἰκοδομοῦντας δὲ, τοὺς διδασκάλους τῶν ἰϐδαίων, οὓς καὶ γεωργοὺς ἡ παραβολὴ προσηγόρευσεν· ἀπεδοκίμασαν δὲ τὸν τοιῦτον οὗτοι λίθον, ἤγουν, ἀπώσαντο· πρῶτον μὲν λέγοντες· οὗτος k) οὐκ ἔςιν ἐκ l) τοῦ θεῦ· καὶ πάλιν, ὗτος πλανᾷ l) τὸν κόσμον *) καὶ τὰ τοιαῦτα· τελευταῖον δὲ σαυρώσαντες. κεφαλὴ δὲ γωνίας ἐςὶν, ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος. ἐγένετο οὖν εἰς κεφαλὴν γωνίας ὁ χριςὸς, ἤγουν, ὑπῆρξεν ἀκρογωνιαῖος λίθος, ἐν τῷ παρεικάζεσθαι τοιϐτῳ λίθῳ. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐφ᾽ ἑαυτῷ συνδεῖ τοίχϐς δύο· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ χριςὸς, ἐφ᾽ ἑαυτῷ συνδεσμεῖ τοὺς δύο λαοὺς, τόντε ἐξ ἐθνῶν καὶ τὸν ἐξ ἰϐδαίων, καὶ συνενοῖ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίςεως. τινὲς δὲ γωνίαν ἐνόησαν, τὴν ἐκκλησίαν, ὡς συνδεσμοῦσαν τοὺς πιςοὺς, ἧςτινος εἰς κεφαλὴν γέγονεν ὁ χριςὸς, εἴτουν, κεφαλὴ καὶ ἄρχων.

k) Io. 9, 16.
l) Io. 7, 12.

Verf. 42. Παρὰ κυρίου — ἡμῶν.

Καὶ τοῦτο μέρος τῆς εἰρημένης προφητείας ἐςὶν, διδάσκον, ὅτι καὶ κατὰ βϐλησιν θεῦ γενήσεται αὕτη ἡ γωνία, τουτέςιν, ἡ συνάφεια τῶν λαῶν, καὶ θαυμασθήσεται παρὰ πάντων, οὐ μόνον, ὡς κεκαλλωπισμένη ταῖς ποικιλίαις τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καὶ, ὡς ἰσχυροτέρα πάσης ἐπιβϐλῆς.

Verf. 43. Διὰ τοῦτο — αὐτῆς.

Βασιλείαν τοῦ θεῦ λέγει, τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ θεῦ, ὑφ᾽ ἧς ἐφρουροῦντο. ἔθνος δὲ ποιοῦν τοὺς ἀξίους αὐτῆς καρποὺς, τὸ γένος τῶν χριςιανῶν.

*) ὄχλον, Chryfoft. l. l. fed Euthymius etiam in textu Ioannis habet κόσμον.

Verſ. 44. *Et — confringetur.*

Offendens in illum, ſibiipſi nocebit, et non illi: quod paſſi ſunt principes ſacerdotum et ſcribae ac ſeniores populi.

Verſ. 44. *Super — eum.*

Super quemcunque aggrauauerit ſe, hoc eſt cui iratus fuerit, comminuet et diſperget, ac exterminabit eum, quod factum eſt in totum genus Iudaeorum: traditum namque eſt Romanis militibus in direptionem.

Verſ. 45. *Et — habebant.*

Vbique homines timent, Chriſtus autem et parabolas ſane dixit, et prophetiam adduxit: vt timore correpti malitiam relinquerent: ipſi vero occidere magis illum quaerebant. Atqui ſciebat quod mutandi non eſſent: attamen vbique quod ſuum eſt facit, nihilque praetermittit eorum quae conueniunt.

Cap. LI. De vocatis ad nuptias.

Φορτία μὲν βαρέα καὶ δυσβάστακτα λέγει, τὰ ἀκρότατα καὶ ἀκριβῆ ἐπιτάγματα τῆς πολιτείας· ὤμους δὲ, τὴν ἐνέργειαν τῶν ἀνθρώπων. φαίνεται δὲ, ὅτι καὶ τὰ ὑπὲρ τὸν νόμον ἐπέταττον.

Verſ. 4. Τῷ δὲ δακτύλῳ — αὐτά.

Ου μόνον τοῖς ἑαυτῶν ὤμοις οὐ βούλονται βαστάσαι, ἃ τοῖς ἑτέρων ὤμοις [8]) ἐπιφορτίζουσιν, ἵνα καὶ τῷ παραδείγματι προθυμοτέρους αὐτοὺς ποιήσωσιν· ἀλλ' οὐδὲ τῷ δακτύλῳ αὐτῶν θέλουσι κινῆσαι αὐτὰ, τουτέστιν, οὐδὲ μερικῶς καὶ ἀκροθιγῶς ἅψασθαι. φησὶ γὰρ καὶ ὁ q) λουκᾶς, ὅτι ἑνὶ τῶν q) Luc. 11, 46.
δακτύλων [9]) ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις. καὶ τοῖς μὲν ὑπηκόοις ἐπιτάττουσιν ἀκράτητα βίου, ἑαυτοῖς δὲ πᾶσαν ἄδειαν ἐπιτρέπουσι, δέον τοὐναντίον ποιεῖν, καὶ ἑαυτοὺς μὲν μᾶλλον κατατείνειν, ἐκείνοις δὲ τὰ πολλὰ συγγνωμονεῖν.

Verſ. 5. Πάντα — ἀνθρώποις.

Πάντα, ποῖα; τὰ δοκοῦντα αὐτοῖς καλά. παρατήρησον δὲ, ὅτι τὰ προῤῥηθέντα μὲν ὠμότητος ἦσαν καὶ ῥαθυμίας ἐγκλήματα· τοῦτο δὲ δοξομανίας διαβολή. εἶτα δείκνυσιν, ὅτι οὐδ' ἐπὶ μεγάλοις

9) αὐτῶν, pro ὑμῶν. A.

neque de magnis glorientur, vtpote egregiis operibus destituti, sed de paruis quibusdam et vilibus, quod ipsum auget etiam accusationem.

Vers. 5. *Dilatant — suorum.*

Haec erant de quibus tanquam de egregiis operibus vane gloriabantur. Oportet autem et de his dicere. Quia continue Dei beneficiorum obliuiscebantur, iussit ea Deus libellis inscribi, et magistrorum appendi manibus: vt semper viderentur, et in memoria haberentur. Huiusmodi vero libelluli phylacteria dicebantur, eo quod ab obliuione seruarent ac protegerent, *ἀπὸ τοῦ φυλάττω.* Rursum ne praeceptorum Dei obliuiscerentur, iussit Deus fragmentum hyacinthinum assui iuxta pedes orae palliorum eorum: vt semper apparens, hos praeceptorum Dei memores efficeret: et haec vocabant *κράσπεδα*, hoc est fimbrias. Scribae itaque et Pharisaei praecepta quidem negligebant, huiusmodi autem latis phylacteriis sese ornabant, dictasque fimbrias palliorum suorum plurimum distendebant: his gloriantes ac stulte sese iactantes. Haec autem Marcus stolas appellauit dicens: Prospicite siue cauete a scribis qui amant in stolis ambulare. Similiter autem dixit et Lucas. Nec in his tantum amore gloriae infirmi erant. Audi itaque.

Vers. 6. *Amantque — synagogis.*

Primos accubitus dixit in coenis, ac prima sedilia in synagogis. Nam in coenis accumbebant, in synagogis vero sedebant.

γάλοις φιλοδοξοῦσιν, ἔρημοι κατορθωμάτων ὄντες· ἀλλ' ἐπὶ μικροῖς τισὶ καὶ εὐτελέσιν, ὃ καὶ αὐτὸ προσθήκη γίνεται τῆς διαβολῆς.

Verſ. 5. Πλατύνουσι — αὐτῶν.

Ταῦτα μὲν ἦσαν, ἐφ' οἷς ἐκενοδόξουν, ὡς ἐπὶ κατορθώμασι. χρὴ δὲ καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν. ἐπεὶ γὰρ συνεχῶς ἐπελανθάνοντο τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ θεοῦ προσέταξεν ὁ θεὸς ἐγγραφῆναι ταύτας βιβλιδίοις καὶ ἐξαρτηθῆναι τῆς χειρὸς τῶν διδασκάλων, ὥστε διὰ παντὸς ὁρᾶσθαι καὶ μνημονεύεσθαι. καὶ τὰ τοιαῦτα βιβλίδια ὠνόμαζον φυλακτήρια, διὰ τὸ φυλάττειν καὶ ῥύεσθαι. καὶ πάλιν, ἵνα μὴ ἐπιλανθάνωνται τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ, ἐκέλευσε κλῶσμα ὑακίνθινον προσράπτεσθαι τῇ κατὰ τοὺς πόδας ὤᾳ τοῦ ἱματίου αὐτῶν, ἵνα, πάντοτε φαινόμενον, ὑπομιμνήσκῃ τούτους τῶν ἐντολῶν. καὶ τὰ τοιαῦτα ἐκάλουν κράσπεδα. οἱ γοῦν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, τῶν μὲν ἐντολῶν ἠμέλουν, τὰ δὲ τοιαῦτα φυλακτήρια πλατέα κατεσκεύαζον ἑαυτοῖς, καὶ τὰ ῥηθέντα κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν μεγάλα ἀπῃώρουν, ἐναβρυνόμενοι τούτοις καὶ ἀνοήτως ἐνσεμνυνόμενοι. ταῦτα δὲ στολὰς ὁ μάρκος ἐκάλεσεν, εἰπών· βλέπετε[r]) ἀπὸ τῶν γραμματέων, ἤγουν, φυλάττεσθε, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν. ὁμοίως δὲ εἶπε καὶ ὁ λουκᾶς. καὶ οὐκ ἐν τούτοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις μικροῖς ἐνόσουν τὴν φιλοδοξίαν. καὶ ἄκουε.

r) Marc. 12, 38. Luc. 20, 46.

Verſ. 6. Φιλοῦσί τε — συναγωγαῖς.

Πρωτοκλισίαν εἶπε καὶ πρωτοκαθεδρίαν, διότι ἐν μὲν τοῖς δείπνοις ἀνεκλίνοντο· ἐν δὲ ταῖς συναγωγαῖς ἐκάθηντο.

Verſ. 7. *Ac — Rabbi.*

Amant ſalutationes, ſiue corpore fiant, ſiue appellatione. Amant et vocari ab hominibus magiſtri, quod Hebraice dicitur Rabbi.

Verſ. 8. *Vos — eſtis.*

Caetera quidem, vsque ad illorum dumtaxat perduxit accuſationem tanquam vilia, nec ad ſui correctionem longiorem requirentia ſermonem. Principatus autem amorem, vtpote multorum cauſam malorum, in medium adducit, ac diligentius caſtigat. Ne vocemini, id eſt ne vocari cupiatis. Nam ſi vos ita vocent alii, non erit id ad veſtram condemnationem.

Verſ. 9. *Et — coelis.*

Hoc dixit non prohibens vocari patres eos qui iuxta carnem genuerunt, aut etiam iuxta ſpiritum, ſed vt ſciamus quis ſit praecipue et tanquam prima cauſa pater noſter. Nam hic ſolus eſt nobis qui in coelis eſt Deus: qui vero iuxta carnem ac iuxta ſpiritum ſunt, cooperatores magis aut miniſtri natiuitatis nobis ſunt. Dicit ergo: Patrem vobis praecipuum et tanquam primam cauſam ne vocetis vobis in terra. Is enim eſt vnus qui in coelis eſt, qui in trinitate perſonarum vnus eſt Deus.

Verſ. 10. *Nec — Chriſtus.*

Ῥαββὶ καὶ καθηγητὴς (quod hic interpretamur magiſter) vnum ſunt. Repetit ergo priorem ſermonem ad augmentum deteſtationis huiusmodi mali. Sicut ergo quanquam vnus magiſter dicatur Chriſtus, non excluditur pater, quin etiam dicatur

catur

Verſ. 7. Καὶ — ῥαββί.

Φιλοῦσι καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς, εἴτε τοὺς σωματικοὺς, εἴτε καὶ τοὺς διὰ προσφωνήσεως. φιλοῦσι καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων διδάσκαλοι. ῥαββὶ γὰρ ἑβραϊστὶ, ὁ διδάσκαλος.

Verſ. 8. Ὑμεῖς — ἐστε.

Τὰ μὲν ἄλλα μέχρι τῆς ἐκείνων κατηγορίας ἔστησεν, ὡς εὐτελῆ καὶ μὴ δεόμενα λόγου πλείονος εἰς διόρθωσιν· τὴν δὲ φιλαρχίαν, ὡς πολλῶν αἰτίαν κακῶν, εἰς μέσον ἄγει, καὶ διορθοῦται σπουδαιότερον. μὴ κληθῆτε δὲ, ἀντὶ τοῦ, μὴ ζητήσητε κληθῆναι. εἰ γὰρ ἕτεροι τοῦτο καλοῦσιν ὑμᾶς, οὐχ ὑμετέρα τοῦτο κατάγνωσις.

Verſ. 9. Καὶ — οὐρανοῖς.

Τοῦτο εἶπεν, οὐ κωλύων τὸ καλεῖν πατέρας τοὺς κατὰ σάρκα γεννήτορας, ἢ καὶ κατὰ πνεῦμα, ἀλλ' ἵνα γνῶμεν, τίς ἐστιν ὁ προηγουμένως καὶ πρωταιτίως πατὴρ ἡμῶν. μόνος γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἐστὶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς θεός· οἱ δὲ κατὰ σάρκα, καὶ κατὰ πνεῦμα, συναίτιοί εἰσι· μᾶλλον δὲ διάκονοι τῆς γεννήσεως ἡμῶν. λέγει τοίνυν, ὅτι πατέρα ὑμῶν προηγουμένως καὶ πρωταιτίως μὴ καλέσητε ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γὰρ τοῦτό ἐστιν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁ ἐν τριάδι προσώπων εἷς θεός.

Verſ. 10. Μηδὲ — χριστός.

Ῥαββὶ καὶ καθηγητὴς, τὸ αὐτό ἐστιν. ἐπαναλαμβάνει τοίνυν τὸν πρῶτον λόγον, εἰς ἐπίτασιν τῆς ἀποτροπῆς τοῦ τοιούτου κακοῦ. ὥσπερ οὖν εἷς καθηγητὴς λεγόμενος, ὁ χριστὸς, οὐκ ἐκβάλλει τὸν πατέρα τοῦ λέγεσθαι καθηγητήν· οὕτω καὶ

catur magister: ita quoque licet vnus pater noster dicatur ipse pater, non excluditur filius quin etiam dicatur pater noster. Nam vnus et vnus ad oppositam distinctionem dicta sunt hominum et angelorum.

Vers. 11. *Qui autem — minister.*

Ablegata misera seruitute amoris principatus, docet etiam deinceps quo pacto id effugere poterimus, puta ministrando siue deprimendo nosipsos. Deinde ponit etiam elationis praemium, similiter et propriae deiectionis, vt illa abiecta hanc assumant.

Vers. 12. *Quisquis — exaltabitur.*

Maxima possessio est animi modestia: ideo frequenter de ea differit, continua monitione hanc aedificans in animis discipulorum. Iubet autem non solum prima non amare sedilia, sed magis postrema prosequi. Illud enim deprimit amantem, hoc autem exaltat prosequentem.

Cap. LVI. De deploratione scribarum et Pharisaeorum.

Vers. 13. (vulgo 14.) *Vae — hypocritae.*

Vniuersalius accepto vocabulo, hos appellat hypocritas, vtpote simulantes pietatem ac virtutem.

Vers. 13. (vulgo 14.) *Quia — viduarum.*

Quibus auxiliari oportebat. Ad eas enim sub praetextu defensionis accedentes, magis atterebant, substantiam earum consumendo.

Vers. 13.

εἷς πατὴρ ἡμῶν λεγόμενος, ὁ πατὴρ, οὐκ ἐκβάλλει τὸν υἱὸν τοῦ λέγεσθαι πατέρα ἡμῶν. τὸ γὰρ εἷς καὶ εἷς πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἴρηται τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων.

Verſ. 11. Ὁ δὲ — διάκονος.

Ἀπαγορεύσας τὸ χαλεπὸν νόσημα τῆς φιλαρχίας, λοιπὸν διδάσκει, καὶ πῶς ἂν αὐτὸ φύγοιεν, ὅτι διὰ τοῦ διακονεῖν, εἴτουν, ταπεινοῦσθαι. εἶτα λέγει καὶ τῆς ἐπάρσεως τὸ ἔπαθλον, καὶ τῆς ταπεινώσεως, ἵνα τὴν μὲν ῥίπτωσι, τὴν δὲ λαμβάνωσιν.

Verſ. 12. Ὅστις — ὑψωθήσεται.

Μέγιστον χρῆμα ἡ ταπεινοφροσύνη· διὸ καὶ πολλάκις περὶ αὐτῆς διαλέγεται, τῇ συνεχείᾳ τῆς ὑπομνήσεως ἐγκαθιδρύων ταύτην ταῖς τῶν μαθητῶν ψυχαῖς. κελεύει δὲ μὴ μόνον μὴ ἐρᾷν τῶν πρωτείων, ἀλλὰ καὶ μάλιστα μεταδιώκειν τὰ ἔσχατα. τὸ μὲν γὰρ ταπεινοῖ τὸν ἐρῶντα, τὸ δὲ ὑψοῖ τὸν μεταδιώκοντα.

Κεφ. Νς. Περὶ τοῦ ταλανισμοῦ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων.

Verſ. 13. (vulgo 14.) Οὐαὶ — ὑποκριταί.

Καθολικώτερον εἰπεῖν, ὑποκριτὰς ὀνομάζει τούτους, ὡς ὑποκρινομένους εὐλάβειαν καὶ ἀρετήν.

Verſ. 13. (vulgo 14.) Ὅτι — χηρῶν.

Αἷς βοηθεῖν ἔδει. παραβάλλοντες γὰρ αὐταῖς, ἐπὶ προστασίᾳ, μᾶλλον ἐπέτριβον, τὰς οὐσίας αὐτῶν προσαναλίσκοντες.

Verſ. 13. (vulgo 14.) *Et — precantes.*

Occaſione deuorandi domos viduarum, ſiue quae in domibus earum ſunt, prolixe exaggerata orantes, vt viderentur ſancti ac reuerentia digni.

Verſ. 13. (vulgo 14.) *Ideo — iudicium.*

Quia tanquam tutores earum ingredimini, ſed veluti corruptores egredimini, propter hoc grauius condemnabimini. Iudicium enim vocat condemnationem. Siquidem quisquis peccat, ſupplicio dignus eſt: qui autem virtutem facit peccati occaſionem, grauius punietur. Deplorat autem eos ac redarguit, populum inſtruens ne fallatur, ac ne propter illorum dignitatem velit etiam eos imitari.

Verſ. 14. (vulgo 13.) *Vae — introire.*

Clauditis, inquit, ipſum ante homines, puta ante vos ipſos, et eos qui vobis ſubſunt: vt neque ipſi ingrediamini per fidem quae eſt in me: neque alios ſinatis ingredi. Ingredientes autem dicit eos, qui parati ſunt ac poſſent ingredi. Grauis eſt autem haec accuſatio. Nam ſi nulli prodeſſe, ſufficit ad condemnationem, qui etiam nocet, nequaquam veniam percipiet, quum ſit hominum peſtis. Apud Lucam vero ait, Tuliſtis clauem ſcientiae: ita vocans fidem quae in ſe eſt, vtpote introducentem ad ſcientiam rectorum dogmatum ac ineffabilis ſapientiae, quam clauem tulerunt ſiue abſtulerunt a populo.

Verſ. 15.

Verſ. 13. (vulgo 14.) Καὶ — προσευχόμενοι.

Καὶ προφάσει τοῦ κατεσθίειν τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, ἤτοι, τὰ ἐν ταῖς οἰκίαις αὐτῶν, μακρὰ καὶ ἐπιτεταμένα προσευχόμενοι παρ' αὐταῖς, ὥστε δοκεῖν ἁγίους καὶ θεραπείας ἀξίους.

Verſ. 13. (vulgo 14.) Διὰ — κρῖμα.

Διότι προστάται τούτων εἰσερχόμενοι, λυμεῶνες αὐτῶν ἐξέρχεσθε, καὶ διότι πρόφασιν γαστριμαργίας ποιεῖτε τὴν μακρὰν προσευχὴν, διὰ τοῦτο περισσότερον καταδικασθήσεσθε. κρῖμα γὰρ, τὴν καταδίκην φησί. πᾶς μὲν γὰρ ἁμαρτάνων, τιμωρίας ἄξιος· ὁ δὲ καὶ πρόφασιν ἁμαρτίας τὴν ἀρετὴν ποιῶν, χαλεπώτερον κολασθήσεται. ταλανίζει δὲ αὐτοὺς καὶ ἀπελέγχει, κατασκευάζων τῷ λαῷ τὸ ἀνεξαπάτητον, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀξίαν αὐτῶν ἕλκωνται πρὸς ζῆλον.

Verſ. 14. (vulgo 13.) Οὐαὶ — εἰσελθεῖν.

Κλείετε, φησι, ταύτην ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅσον πρὸς ὑμᾶς καὶ τοὺς ὑφ' ὑμᾶς, ὡς μήτε αὐτοὶ εἰσερχόμενοι εἰς αὐτὴν, διὰ τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως, μήτε ἄλλους ἐῶντες. εἰσερχομένους δὲ λέγει, τοὺς ἐπιτηδείους, τοὺς δυναμένους εἰσέρχεσθαι. βαρεῖα δὲ τοῦτο κατηγορία. εἰ γὰρ τὸ μηδένα ὠφελεῖν καταδίκη, τὸ καὶ βλάπτειν, ἀσύγγνωστον, καὶ ἀνδρὸς λοιμοῦ. παρὰ δὲ τῷ λουκᾷ φησιν, ὅτι ἤρατε[s]) τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· οὕτω καλέσας τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὡς εἰσάγουσαν εἰς τὴν γνῶσιν τῶν ὀρθῶν δογμάτων καὶ τῆς ἀποῤῥήτου σοφίας, ἥντινα κλεῖδα ἤρατε, ἤγουν, ἀφεῖλον ἀπὸ τοῦ λαοῦ.

s) Luc. 11, 52.

Verſ. 15. *Vae — quam vos.*

Circumitis, percurritis. Nam id ſignificat hoc loco περιάγετε. Proſelytum autem appellabat lex eum, qui ab idololatria ad religionem accedebat Iudaeorum. Dicit ergo Chriſtus: Infinitis vix tandem laboribus vnum efficitis proſelytum, et nec ideo illi parcitis, adeo eſtis et ad ſalutem idololatrarum inutiles, et ad eius qui iam aduenit ſegnes, imo potius proditores, corrumpentes eum vitae veſtrae nequitia: et facientes eum filium gehennae, id eſt, familiarem gehennae, et ea dignum. In duplo autem dixit. Quisquis enim praeceptorem habet prauum, non illius ſiſtit malitia, ſed eius vtens exemplo, ſolet vlterius procedere.

Verſ. 16. *Vae — caeci.*

Quaere viceſimo octauo capite dicti illius enarrationem, Caeci ſunt duces caecorum.

Verſ. 16. *Qui — reus eſt.*

Nihil eſt, puta hoc. Reus eſt, videlicet debiti. Si quis enim aliquid ſe donaturum iurauerat: ſi quidem per templum id iuraſſet, dicebant hunc ad nihil obligari. Quod ſi per vas aliquod aureum id iuraſſet, dicebant illum debito teneri. Haec autem propter inſipientiam docebant: ideo etiam horum irridet fatuitatem.

Verſ. 17. *Stulti — aurum?*

Caecitatem illis exprobrat non corporis ſed animae.

Verſ. 18.

*) οἰκεῖον, pro υἱόν. A. et mox υἱὸν, pro οἰκεῖον.

Vers. 15. Οὐαὶ — ὑμῶν.

Περιάγετε, ἀντὶ τοῦ, περιέρχεσθε, διατρέχετε. προσήλυτον δὲ ὠνόμασεν ὁ νόμος, τὸν ἐξ εἰδωλολατρείας προσεληλυθότα τῇ θρησκείᾳ τῶν ἰουδαίων. λέγει τοίνυν ὁ χριστὸς, ὅτι μόγις καὶ μετὰ μυρίων πόνων ποιεῖτε ἕνα προσήλυτον, καὶ οὐδ' οὕτως αὐτοῦ φείδεσθε. τοσοῦτόν ἐστε καὶ πρὸς σωτηρίαν τῶν εἰδωλολατρούντων ἄχρηστοι, καὶ πρὸς φυλακὴν τοῦ προσεληλυθότος ῥάθυμοι· μᾶλλον δὲ προδόται, διαφθείροντες αὐτὸν τῇ κατὰ τὸν βίον ὑμῶν πονηρίᾳ, καὶ ποιοῦντες [1]) υἱὸν γεέννης, τουτέστιν, οἰκεῖον γεέννης καὶ ἄξιον αὐτῆς. διπλότερον δὲ εἶπε, διότι πᾶς ἔχων διδάσκαλον πονηρὸν, οὐ μέχρι τῆς τούτου κακίας ἵσταται· παραδείγματι δὲ τούτῳ χρώμενος ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαίνειν εἴωθεν.

Vers. 16. Οὐαὶ — τυφλοί.

Ζήτει ἐν τῷ εἰκοστῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ, ὁδοιγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν.

Vers. 16. Ὁ — ὀφείλει.

Οὐδέν ἐστι, δηλονότι, τοῦτο. ὀφείλει δὲ, ἀντὶ τοῦ, χρεωστεῖ. εἰ γάρ τις ὤμοσε δοῦναί τι, εἰ μὲν κατὰ τοῦ ναοῦ ὤμοσεν, ἔλεγον, ὅτι οὐδέν ἐστι τοῦτο· εἰ δὲ κατά τινος χρυσοῦ σκεύους, ἔλεγον, ὅτι χρεωστεῖ. ταῦτα δὲ ἐδογμάτιζον ἐξ ἀνοίας. διὰ καὶ σκώπτει τούτους εἰς μωρίαν.

Vers. 17. Μωροὶ — χρυσόν;

Τυφλότητα τούτοις ὀνειδίζει, τὴν τῆς ψυχῆς.

Vers. 18.

Verſ. 18. *Et — v. 19. donum.*

Altare dicit ſuper quod iugulabant adductas victimas.

Verſ. 20. *Qui — v. 22. in illo.*

Haec dicit non quod iurare permittat: quinto enim capite prohibuit omne iuramentum, ſed quod Iudaei per talia iurarent.

Verſ. 23. *Vae — fidem.*

Quum lex populo iuberet, vt daret decimas omnium fructuum, ipſi etiam circa menthae, anethi, ac cymini viliſſimarum herbarum decimas, exactam ſubducebant rationem, legem praetendentes. Hos ergo irridet tanquam circa minima legis praecepta exactiſſime ſcrutantes, magna vero negligentes. Iudicium autem dicit, quod fieri debet pro his qui iniuſte afficiuntur iniuria: miſericordiam quam fieri conuenit in egenos: et fidem, quae eſt in Deum. Lucas autem dilectionem etiam Dei ponit.

† Oportet vnumquemque doctorum a populo ſuo decimare, hoc eſt petere a decem ſenſibus puta quinque corporalibus, et quinque qui ſunt animae, iudicium, miſericordiam ac fidem.

Verſ. 23. *Haec — omittere.*

Haec primum quae grauiora ſunt, exequi oportuit: et rurſum leuiora illa non relinquere, ſi exacte legem ſeruare vultis.

Verſ. 24.

²) καὶ τὴν πίϛιν. A.

³) Haec in neutro meorum comparent. Sunt Theophylacti. p. 139. B.

Verſ. 18. Καὶ — v. 19. δῶρον.

Θυσιαστήριόν φησιν, ἐφ' οὗ ἔσφαζον τὰ προσαγόμενα θύματα.

Verſ. 20. Ὁ — v. 22. ἐπάνω αὐτοῦ.

Ταῦτά φησιν, οὐχ ὡς ἐπιτρέπων ὀμνύειν· ἐν γὰρ τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ παντελῶς τὸν ὅρκον ἐκώλυσεν· ἀλλ' ὡς τῶν ἰουδαίων ὀμνυόντων κατὰ τῶν τοιούτων.

Verſ. 23. Οὐαὶ — πίστιν.

Τοῦ νόμου τῷ λαῷ κελεύοντος δεκάτας παρέχειν πάντων τῶν καρπῶν, αὐτοὶ καὶ περὶ τὰς δεκάτας τοῦ ἡδυόσμου καὶ τοῦ ἀνήθου καὶ τοῦ κυμίνου, τῶν εὐτελεστάτων, ἠκριβολογοῦντο, προβαλλόμενοι τὸν νόμον. διασύρει τοίνυν αὐτοὺς, ὡς περὶ τὰ ἐλάχιστα μὲν τοῦ νόμου παραγγέλματα λίαν ἀκριβολογουμένους, τῶν δὲ μεγάλων ἀμελοῦντας. κρίσιν δὲ λέγει, τὴν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων, καὶ ἔλεον, τὸν εἰς τοὺς δεομένους, καὶ 2) πίστιν, τὴν εἰς τὸν θεόν. ὁ δὲ λουκᾶς, καὶ τὴν ἀγάπην t) τοῦ θεοῦ φησι. t) Luc. 11, 42.

† † Δεῖ 3) ἕκαστον τῶν διδασκάλων ἀποδεκατοῦν ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀπαιτεῖν ἀπὸ τῶν δέκα αἰσθήσεων, τῶν πέντε σωματικῶν καὶ τῶν πέντε ψυχικῶν, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν.

Verſ. 23. Ταῦτα — ἀφιέναι.

Ταῦτα προηγουμένως ἔδει κατορθῶσαι, τὰ βαρύτερα, κἀκεῖνα πάλιν, τὰ ἐλαφρὰ, μὴ παραδραμεῖν, εἴγε τὴν ἀκρίβειαν τοῦ νόμου τηρεῖν ἐβούλεσθε.

Verſ. 24.

Verſ. 24. *Duces — glutientes.*

Qui parua quidem curioſe ſeruatis, in magnis vero peccatis conniuetis.

Verſ. 25. *Vae — iniuſtitia.*

Παροψίδα lancis aut patinae genus eſſe dicunt. Vnde Lucas huius loco πίνακα, hoc eſt, catinum poſuit quadrageſimo tertio capite. Eſt autem hic ſermo aenigmaticus, id innuens: Corpora quidem veſtra purgatis: illa enim vocat exteriorem poculi ac patinae partem: interiores autem animae, plenae ſunt rapina et iniuſtitia affectionum, hoc eſt, corporalis quidem purificationis curam habetis, eam vero quae animae eſt negligitis. Iniuſtitiam autem nunc dicimus etiam omne peccatum, eo quod iuſtitia quoque dicatur omnis virtus. Lucas autem manifeſtius dixit: Quod intus eſt veſtri, plenum eſt rapina et malitia.

Verſ. 26. *Phariſaee — munda.*

Quum enim purificatur anima, ſimul etiam et corpus purificatur: quum autem purificatur corpus, non ſimul purificatur et anima. Animam itaque purificare conuenit, vt pariter purificetur et corpus.

Verſ. 27. *Vae — ſpurcitia.*

†† Κονία quidem eſt calx, quo tingunt ac dealbant parietes. Impuritatem autem appellat putredinem.

Verſ. 28.

4) τὰ μεγάλα. A.

5) κονία ſcribendum videtur. Syllaba μα orta videtur ex proximo μέν. Aliud eſt κονία, aliud κονίαμα.

Verſ. 24. Ὁδηγοὶ — καταπίνοντες.

Οἱ τὰ μικρὰ μὲν πολυπραγμονοῦντες, τὰ [4]) μέγιςα δὲ ἀπαρατηρήτως ἁμαρτάνοντες.

Verſ. 25. Οὐαὶ — ἀδικίας.

Τὴν παροψίδα, πίνακος εἶδος εἶναί φασι. πίνακα γὰρ ταύτην εἶπε καὶ [v]) ὁ λουκᾶς ἐν τῷ τεσσαρακοςῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ. αἰνιγματώδης καὶ οὗτος ὁ λόγος, σημαίνων, ὅτι τὰ μὲν σώματα ὑμῶν καθαρίζετε· ταῦτα γὰρ νοεῖται τὸ ἔξω τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος· ἔσω δὲ αἱ ψυχαὶ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀδικίας παθῶν. τουτέςι, τῶν μὲν τοῦ σώματος καθαρσίων φροντίζετε· τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀμελεῖτε. ἀδικίαν δὲ νῦν λέγομεν, καὶ πᾶσαν ἁμαρτίαν, ὥσπερ καὶ δικαιοσύνην, ἔςιν, ὅτε πᾶσαν ἀρετήν. λουκᾶς δὲ φανερώτερον εἶπεν, ὅτι τὸ ἔσωθεν [x]) ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.

v) Luc. 11, 39.

x) Luc. 11, 39.

Verſ. 26. Φαρισαῖε — καθαρόν.

Τῆς μὲν γὰρ ψυχῆς καθαριζομένης, συγκαθαρίζεται καὶ τὸ σῶμα· τοῦ σώματος δὲ καθαριζομένου, οὐ συγκαθαρίζεται καὶ ἡ ψυχή. διὸ προσήκει τὴν ψυχὴν καθαρίζειν, ἵνα γένηται καὶ τὸ σῶμα καθαρόν.

Verſ. 27. Οὐαὶ — ἀκαθαρσίας.

Κονίαμα [5]) μέν ἐςιν, ὁ τίτανος, ᾧ χρίουσι καὶ χρώζουσι τοὺς τοίχους. ἀκαθαρσίαν δὲ λέγει, τὴν σαπρίαν.

Verſ. 28.

Verſ. 28. *Sic — iniquitate.*[t]

Lucas autem dixit: Quia eſtis vt monumenta quae non apparent, et homines ambulantes ſuper ea neſciunt. Sepulchra enim quae non apparent, intus plena ſunt ſpurcitia, foris autem apparent terra munda ac via publica.

Verſ. 29. *Vae — v. 30. prophetarum.*

Vae inquit vobis, non quod haec facitis et haec dicitis quum bona ſint, ſed quod haec facientes et haec dicentes, ac vtrinque patrum veſtrorum homicidium accuſantes, ad illud vos quoque curritis, feſtinantes et me et diſcipulos meos occidere: et quia vane et in fictione haec facitis ac dicitis: nam et vos eorum quos accuſatis homicidium imitamini.

Verſ. 31. *Itaque — prophetas.*

Itaque, ex eo quod confitemini homicidium patrum veſtrorum: et ex eo praeterea quod illud imitamini, demonſtratis vosipſos filios eſſe eorum, qui prophetas occiderunt. Lucas vero addidit, Comprobatis facta patrum veſtrorum, hoc eſt, ea quodammodo ſuſcipitis: vtpote aedificando his qui occiſi ſunt ſplendida monumenta, praedicatis audaciam homicidarum: id enim de ea gloriantium eſt eamque approbantium. Videremini ſiquidem in honorem eorum qui occiſi ſunt, ornare monumenta ipſorum, et ad accuſationem patrum veſtrorum praedicta facere, niſi homicidium eorum imitaremini.

Verſ. 32.

[t]) Hentenius ante hoc ſcholium habet iunctim verſum 27. et 28. Proxime autem antecedens ſcholium, κονία — σαπρίαν, omiſit.

Verſ. 28. Ὅυτως — ἀνομίας.

Ὁ [6]) δὲ λουκᾶς εἶπεν, ὅτι [y]) ἐςὲ ὡς τὰ μνημεῖα y) Luc. 11, 44.
τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι περιπατοῦντες ἐπά-
νω, οὐκ οἴδασι. τὰ γὰρ ἀφανῆ μνημεῖα, ἔνδον
μὲν γέμουσι σαπρίας, ἄνω δὲ φαίνονται γῆ κα-
θαρὰ καὶ λεωφόρος.

Verſ. 29. Ὀυαὶ — v. 30. προφητῶν.

Ὀυαί, φησιν, ὑμῖν, οὐχ ὅτι ταῦτα ποιεῖτε,
καὶ ταῦτα λέγετε· [καλὰ [7]) γάρ εἰσιν·] ἀλλ'
ὅτι ταῦτα ποιοῦντες, καὶ ταῦτα λέγοντες, καὶ
ἀμφοτέρωθεν κατηγοροῦντες τῆς μιαιφονίας τῶν
πατέρων ὑμῶν, ἐπὶ ταύτην καὶ αὐτοὶ τρέχετε,
σπεύδοντες ἀνελεῖν κἀμὲ καὶ τοὺς μαθητάς μου·
καὶ ὅτι μάτην καὶ ἐν ὑποκρίσει ταῦτα ποιεῖτε καὶ
ταῦτα λέγετε. καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ μιμεῖσθε τὴν
μιαιφονίαν τῶν κατηγορουμένων.

Verſ. 31. Ὥςε — προφήτας.

Ὥςε, ἀφ' ὧν ὁμολογεῖτε τὴν μιαιφονίαν τῶν
πατέρων ὑμῶν, ἔτι δὲ καὶ, ἀφ' ὧν μιμεῖσθε ταύ-
την, ἀποδεικνύετε ἑαυτοὺς υἱοὺς τῶν προφητο-
κτόνων. λουκᾶς δὲ προσέθηκεν, ὅτι καὶ [z]) συνευ- z) Luc. 11, 48.
δοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν, τȣτέςιν,
ἀποδέχεσθε ταῦτα τρόπον τινὰ, ἅτε διὰ τοῦ
κατασκευάζειν τάφους λαμπροὺς τοῖς φονευθεῖ-
σι κηρύττοντες τὴν τόλμαν τῶν φονέων, ὅπερ ἐςὶν
ἐγκαλλωπιζομένων, καὶ οἷον ἀποδεχομένων αὐ-
τήν. ἐδοκεῖτε γὰρ ἂν εἰς τιμὴν τῶν φονευθέντων
κοσμεῖν τὰ μνημεῖα τȣτων, καὶ εἰς κατηγορίαν
τῶν πατέρων ὑμῶν τὰ ῥηθέντα λέγειν, εἰ μὴ ἐμι-
μεῖσθε τὴν μιαιφονίαν αὐτῶν.

Verſ. 32.

7) Tria haec vocabula omittit. A.

Verſ. 32. *Et — veſtrorum.*

Menſuram malitiae. Non dixit autem hoc praecipiendo, ſed quod futurum erat praedicendo.

Verſ. 33. *Serpentes — gehennae?*

Serpentes ipſos nominauit, tanquam nociuos et inſidiatores ac peſtiferos. Progenies autem viperarum, vtpote ſimiles patribus ſuis in veneno malitiae et in truculentia. Progenies quoque viperarum appellauit eos Iohannes Baptiſta tertio capite, ſed iuxta alium intellectum. Iudicium vero gehennae dicit condemnationem et ſupplicium gehennae ſiue quod mittit in gehennam.

Verſ. 34. *Propter — ciuitatem.*

Propter hoc: propter quid? Quia impleturi eſtis menſuram malitiae patrum veſtrorum. Mitto autem dixit, oſtendens diuinitatis dignitatem. Prophetas autem et ſapientes ac ſcribas dicit Apoſtolos, et qui eos ſequuti ſunt paſtores ac doctores eccleſiarum, vtpote dignos habitos prophetica gratia, et quaſi ab eo edoctos et tanquam ſcripturam intelligentes. Quod autem dicitur, Ex illis: ſignificat quod non omnes occiſuri erant, neque omnes flagellaturi.

Verſ. 35. *Vt — terram.*

Sanguinem, intellige ſanguinis ſiue caedis condemnationem. Vt veniat, inquit, ſuper vos condemnatio cuiuslibet iuſti ſanguinis qui effuſus eſt ſuper terram. Lucas autem dixit, Vt exquiratur ſanguis

8) ἐπὶ πάντων, pro ἐπιτάττων. A.

Verf. 32. Καὶ — ὑμῶν.

Τὸ μέτρον τῆς κακίας. οὐκ ἐπιτάττων [8]) δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ προαναφωνῶν τὸ ἐσόμενον.

Verf. 33. Ὄφεις, — γεέννης;

Ὄφεις μὲν αὐτοὺς ὠνόμασεν, ὡς πονηροὺς καὶ ἐπιβούλους καὶ λυμαντικούς· γεννήματα δὲ ἐχιδνῶν, ὡς ἐοικότας τοῖς πατράσιν αὐτῶν κατὰ τὸν ἰὸν τῆς κακίας καὶ κατὰ τὸ φονικόν. γεννήματα δὲ ἐχιδνῶν, καὶ ὁ βαπτιστὴς ἰωάννης αὐτοὺς προσηγόρευσεν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ, εἰ καὶ καθ' ἑτέραν ἔννοιαν. κρίσιν δὲ γεέννης λέγει, τὴν κατάκρισιν καὶ τιμωρίαν τῆς γεέννης, ἤτοι, τὴν παραπέμπουσαν εἰς τὴν γέενναν.

Verf. 34. Διὰ — πόλιν.

Διὰ τοῦτο, ποῖον; διότι μέλλετε πληρῶσαι τὸ μέτρον τῆς κακίας τῶν πατέρων ὑμῶν. ἀποστέλλω δὲ εἶπε, παραδεικνύων τὸ ἀξίωμα τῆς θεότητος. προφήτας δὲ καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς, τοὺς ἀποστόλους φησὶ καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους ποιμένας καὶ διδασκάλους τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἠξιωμένους προφητικοῦ χαρίσματος καὶ ὡς [σεσοφισμένους [9]) ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὡς] τὴν γραφὴν εἰδότας. τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν δηλοῖ, ὅτι οὐ πάντας ἀποκτενοῦσιν, οὐδὲ πάντας μαστιγώσουσιν.

Verf. 35. Ὅπως — γῆς.

Αἷμα νόει, τὴν καταδίκην τοῦ αἵματος, ἤτοι, τοῦ φόνου. ὅπως ἔλθῃ, φησὶν, ἐφ' ὑμᾶς καταδίκη παντὸς αἵματος δικαίου ἐκχυνομένου ἐπὶ τῆς γῆς· ὁ δὲ λουκᾶς εἶπεν, ὅτι ἵνα [a]) ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα a) Luc. 11, 50.

9) Inclufa abfunt. A.

ſanguis omnium prophetarum, qui effuſus eſt a conſtitutione mundi a generatione iſta.¹) Docet autem quiddam tremendum ſermo iſte. Qui enim peccatorum nouit poenas, et nihilominus eos imitatur, reus eſt vt ab eo exigantur omnium ſupplicia, hoc eſt pro vnoquoque poenam luat: eo quod exemplo eius ſeſe non refrenauerit. Et ex illis occidetis inquit, vt expetatur a vobis vltio cuiuslibet caedis, quae prius contra iuſtos fuerat perpetrata. Audierant enim quod Caim ſeptem ſuppliciis dignus fuerat: Lamech vero ſeptuaginta ſeptem, eo quod ſeſe non refrenaſſet exemplo. Dictionem autem ὅπως, vt aiunt quidam, non capi cauſaliter, ſed vt ſignificet id quod futurum eſt.

Verſ. 35. *A — altare.*

Opportune Abel meminit, oſtendens quod etiam caedes illius per inuidiam perpetrata eſt. Zachariam autem quidam dicunt eum qui fuit vnus duodecim prophetarum: quidam vero eum, qui filius Ioadae dicebatur, qui etiam Zacharias appellabatur. Plures autem patrem Baptiſtae. Scribunt enim ſe accepiſſe a patrum traditione, quae citra ſcriptum per manus peruenit ad poſteros quae traditionum genera ἄγραφα nominantur, quod erat in templo locus virginibus deſtinatus: a quo ſtantem quondam in eo Dei matrem poſt partum, non eiecit, dicens virginem eſſe, et ideo occiſus eſt inter templum et altare exterius.

Verſ. 36. *Amen — iſtam.*

Quia timore gehennae quae eis impendebat eo quod ventura eſſet, hos non commouebat, exterret ac pro-

¹) Incluſa abſunt. A.



αἷμα πάντων τῶν προφητῶν, τὸ ἐκχυνόμενον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. διδάσκει δέ τι φοβερὸν ὁ λόγος, ὅτι ὁ γινώσκων τὰς τῶν πεπλημμεληκότων τιμωρίας, [καὶ [1]) μιμησάμενος αὐτοὺς, ἔνοχός ἐστιν ἀπαιτηθῆναι πάντων τὰς τιμωρίας,] τουτέστι, δοῦναι ἐφ' ἑκάστῳ δίκην, ὡς μὴ σωφρονισθεὶς τοῖς παραδείγμασι. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, φησιν, ὅπως ἀπαιτηθῆτε κόλασιν παντὸς φόνου προτετολμημένου κατὰ τῶν δικαίων. ἤκουσαν γὰρ, ὅτι ὁ μὲν κάϊν ἑπτὰ τιμωριῶν ἦν ἄξιος· ὁ δὲ λάμεχ, ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, διὰ τὸ μὴ σωφρονισθῆναι τῷ παραδείγματι. τὸ δὲ ὅπως, καὶ τὸ ἵνα, οὐκ αἰτιολογικὰ νῦν φασί τινες, ἀλλὰ δηλωτικὰ τοῦ μέλλοντος.

Verſ. 35. Ἀπὸ — θυσιαστηρίου.

Εὐκαίρως τοῦ ἄβελ ἐμνημόνευσε, δεικνύων, ὅτι καὶ ὁ ἐκείνου φόνος διὰ φθόνον ἐγένετο. ζαχαρίαν δὲ, οἱ μὲν λέγουσι τὸν ἕνα τῶν δώδεκα προφητῶν· οἱ δὲ, τὸν καὶ [2]) ἰωδαὲ καλούμενον· ἕτεροι δὲ, τὸν [3]) ἀζαρίαν· οἱ πλείους δὲ, τὸν πατέρα τοῦ βαπτιστοῦ. γράφουσι γὰρ, ὅτι παρέλαβον ἐξ ἀγράφου παραδόσεως τῶν πατέρων, ὡς ἦν τόπος ἐν τῷ ναῷ ταῖς παρθένοις ἀποτεταγμένος, ἐν ᾧ στᾶσάν ποτε τὴν θεοτόκον μετὰ τὸν τόκον οὐκ ἐξέβαλεν οὗτος, εἰπὼν, ὅτι παρθένος ἐστί. διὸ καὶ ἐφονεύθη μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἔξω θυσιαστηρίου.

Verſ. 36. Ἀμὴν — ταύτην.

Ἐπεὶ τὸν φόβον τῆς γεέννης ἐπικρεμάσας αὐτοῖς, οὐ καθίκετο τούτων, διὰ τὸ μέλλειν αὐτὴν, ἐκφο-

[2]) καὶ τὸν, ordine inuerſo. B.
[3]) καὶ, interponit. A.

propulsat eos calamitatibus, quae non longe post futurae erant: ideo confirmat quod etiam ventura sunt omnia haec, videlicet quae miserrimae sunt vltionis, super generationem istam, siue super hosipsos. Sub Vespasiano enim et Tito apprehenderunt eos quae a Romanis prouenere mala.

Vers. 37. *Ierusalem — ad te.*

Ad ciuitatem conuertens sermonem deplorat hanc. Reduplicatio autem appellationis, demonstratio est miserationis. Eius etenim miseretur, vt quae olim dilecta erat, nunc vero extrema passura est, propter iniquitates inhabitantium in ea. Consequenter autem exprobrat ei, quod interemerit prophetas quos ipse ad eam miserat.

Vers. 37. *Quoties — noluistis.*

Volui, inquit, congregare filios tuos sub mea protectione, quos peccata dispersérant a diuina custodia. Exemplo autem gallinae suum in Iudaeos amorem ostendit. Quidam autem sermonem intelligunt de Iudaeis per varias regiones dispersis sub prioribus captiuitatibus. Et noluistis: me non recipientes, sed persequentes et occidere festinantes. Ad ciuitatis habitatores rursus sermonem conuertit.

Vers. 38. *Ecce — deserta.*

Domus vestra siue templum relinquitur vobis desertum ab inhabitante in ea diuina gratia. Hoc autem, domus illorum erat, vtpote in ciuitate eorum aedificatum.

Vers. 39.

βεῖ καὶ κατασφαλίζεται τούτους ἀπὸ τῶν οὐκ εἰς μακρὰν συμφορῶν. διὸ καὶ διαβεβαιοῦται, ἥξει ταῦτα πάντα, δηλαδὴ, τὰ τῆς παγχαλέπου τιμωρίας, ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην, ἤγουν, ἐπ' αὐτοὺς δὴ τούτους. ἐπὶ ουεσπασιανοῦ γὰρ καὶ τίτου κατέλαβον αὐτοὺς τὰ ἐκ ῥωμαίων κακά.

Verſ. 37. Ἱερουσαλὴμ — αὐτήν.

Πρὸς τὴν πόλιν ἀποστρέψας τὸν λόγον, ταλανίζει ταύτην· ὁ διπλασιασμὸς δὲ τῆς κλήσεως ἐμφαντικὸς ἐλέους ἐστίν. οἰκτείρει γὰρ ταύτην, ὡς πάλαι μὲν ἠγαπημένην, νῦν δὲ παθεῖν τὰ ἔσχατα μέλλουσαν, διὰ τὰς παρανομίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ. τὸ δ' ἑξῆς ὀνειδίζει ταύτην, ὡς διαφθείρουσαν τοὺς προφήτας, οὓς αὐτὸς ἀπέστελλε πρὸς αὐτήν.

Verſ. 37. Ποσάκις — ἠθελήσατε.

Ἠθέλησα, φησιν, ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὑπὸ τὴν ἐμὴν σκέπην, ἅτινα αἱ ἁμαρτίαι διεσκόρπισαν ἀπὸ τῆς θείας ἐπισκοπῆς. διὰ δὲ τοῦ παραδείγματος τῆς ὄρνιθος, τὸ περὶ τοὺς ἰουδαίους, φιλόστοργον ἑαυτοῦ δείκνυσι. τινὲς δὲ νοοῦσι τὸν λόγον περὶ τῶν διεσπαρμένων ἰουδαίων εἰς διαφόρους χώρας ὑπὸ τῶν προγεγενημένων αἰχμαλωσιῶν. καὶ οὐκ ἠθελήσατε, μὴ παραδεξάμενοί με, ἀλλὰ διώκοντες καὶ ἀποκτεῖναι σπουδάζοντες. πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας δὲ τῇ πόλει διαλέγεται πάλιν.

Verſ. 38. Ἰδοὺ — ἔρημος.

Ὁ οἶκος ὑμῶν, ἤγουν, ὁ ναὸς, ἀφίεται ὑμῖν ἔρημος τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ θείας χάριτος. οἶκος δὲ αὐτῶν οὗτος, ὡς ἱδρυμένος ἐν τῇ πόλει αὐτῶν.

Verſ. 39. *Dico — domini.*

Et quando hoc dicturi ſunt? Volentes quidem, nunquam: nolentes autem, tempore ſecundi aduentus eius, quando venturus eſt cum poteſtate et gloria magna: quando nulla erit eis vtilitas cognitionis. Amantis vero dictum eſt, Nequaquam me poſthac videbitis. Vehementer ſiquidem amabat, verum deſpiciebatur, et ideirco maxime dolebat. Poſthac autem dicens, non ſolum tempus illud ſignificauit, ſed totum vſque ad paſſionis tempus: poſt quod amplius non viderunt eum. Quanquam enim viſus eſt quibusdam poſt reſurrectionem, at non infidelibus Iudaeis. Quod vero additur, Benedictus qui venit in nomine domini, Dauidicum eſt, et eius data eſt interpretatio quadrageſimoquinto capite.

Cap. XXIV. v. 1. *Et — templi.*

Quum audiſſent, Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta, admirabantur ſi tale templum deſolandum eſſet: et ideo acceſſerunt vt oſtenderent ei ſtructuras templi tanquam admirandas.

Verſ. 2. *Ieſus autem — diruatur.*

Interrogat primum eos. Num haec omnia videtis tam admiranda? Deinde praedicit eorum perditionem: et iam non amplius de deſolatione, ſed de omnimoda demolitione prophetat. Marcus autem dicit, Et egrediente eo de templo dicit ei vnus diſcipulorum ſuorum: Praeceptor vide quales lapides, et quales ſtructurae; Ieſus autem reſpondens ait illi: Vides magnas has ſubſtructiones? Non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non dirua-

Vers. 39. Λέγω — κυρίου.

Καὶ πότε τοῦτο εἴπωσιν; ἑκόντες μὲν, οὐδέποτε· ἄκοντες δὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας, ὅταν ἥξει[4]) μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς, ὅταν οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος τῆς ἐπιγνώσεως. ἐραστοῦ δὲ, τὸ οὐ μή με ἴδητε ἀπάρτι, σφόδρα μὲν ἐρῶντος, ἀτιμαζομένου δὲ, καὶ διὰ τοῦτο περιαλγοῦντος. ἀπάρτι δὲ εἰπὼν, οὐ τὴν ὥραν ἐκείνην μόνην ἐδήλωσεν, ἀλλ' ὅλον τὸν ἄχρι τῆς σταυρώσεως καιρὸν, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι εἶδον αὐτόν. εἰ γὰρ καὶ ὤφθη τισὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀπίστοις ἰουδαίοις. τὸ δὲ εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν[5]) ὀνόματι κυρίου, δαυϊτικὸν μέν ἐστιν, ἡρμηνεύθη δὲ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ.

Cap. XXIV. v. 1. Καὶ — ἱεροῦ.

Ἀκούσαντες, ὅτι ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος[6]) ὑμῶν ἔρημος, ἐθαύμασαν, εἰ τοιοῦτος ναὸς ἐρημωθήσεται· διὸ καὶ προσῆλθον ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ, ὡς θαυμαστάς.

Vers. 2. Ὁ δὲ ἰησοῦς — καταλυθήσεται.

Ἐρωτᾷ πρῶτον αὐτοὺς, οὐ βλέπετε ταῦτα πάντα τὰ θαυμαστά; εἶτα προαναφωνεῖ τὸν ὄλεθρον αὐτῶν, καὶ οὐκέτι λοιπὸν περὶ ἐρημώσεως, ἀλλὰ περὶ παντελοῦς ἀφανισμοῦ προφητεύει. μάρκος δέ φησιν, ὅτι καὶ [b]) ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· διδάσκαλε, ἴδε, ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί. ὁ δὲ ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομὰς, οὐ μὴ ἀφεθῇ

b) Marc. 13, 1.

4) ἥξῃ. B.
5) ἐν ὀνόματι κυρίου. omittit. A.
6) ὑμῶν, omittit. A.

diruatur. Lucas vero ſcripſit. Et quibusdam dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus et donis ornatum eſſet, dixit, Ex his quae videtis venient dies quando non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non diruatur. Siquidem acceſſerunt diſcipuli omnes, vt oſtenderent ei ſtructuras: quibusdam autem dicentibus apud ſeſe de templo, quod pulchris lapidibus ac donis ornatum eſſet, vnus diſcipulorum ait Chriſto, Praeceptor vide quales lapides et quales ſtructurae. At ille etiam ad caeteros omnes dixit ea quae reſpondit.

Aiunt autem quidam, Atqui in his quos ſignificauit diebus relictus eſt lapis ſuper lapidem qui non eſt dirutus. Quibus reſpondemus, quod omnia quae demonſtrata ſunt, et admiratione digna erant, vsque ad fundamenta diruta ſunt iuxta domini ſententiam. Quodſi quid adhuc reſiduum a Romanis relictum eſt, etiam hoc a poſteris diruitur, vt ad alias ſtructuras transferatur.

Cap. LVII. De conſummatione.

Verſ. 3. *Sedente — ſeculi?*

Marcus autem nomina quoque dixit eorum qui interrogauerunt. Petrus inquit et Iacobus, Iohannes et Andreas. Omnes ſiquidem acceſſerunt vt diſcerent: hi autem quatuor interrogauerunt, vtpote

7) Poſt iſta in margine Codicis A. a manu recentiori addita ſunt haec: *γέγραπται δὲ, ὅτι βασιλεύοντος ἰουλιανοῦ τοῦ τρισκαταράτου, καὶ ἀπελθόντος εἰς ἀντιόχειαν θῦσαι τοῖς εἰδώλοις ἐν τῷ σηκῷ τοῦ ἀπόλλωνος, προσῆλθεν αὐτῷ ὁ τῶν ἰουδαίων λαὸς, δυσωποῦντες αὐτὸν καὶ δεόμενοι, ὅπως ἐπιτρέψῃ ἀνεγεῖραι τὸν ἑαυτῶν ναὸν, ὃ καὶ γέγονεν. ἀρξάντων δὲ τῶν τρισκαταράτων ἰουδαίων τῶν θεμελίων τῆς οἰκο-*

θῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. ὁ δὲ λουκᾶς ἔγραψεν, ὅτι c) καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἶπε· ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ καταλυθήσεται. καὶ γὰρ προσῆλθον μὲν οἱ μαθηταὶ πάντες ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομάς· τινῶν δὲ ἐξ αὐτῶν λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ καθ' ἑαυτοὺς, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, εἷς τῶν μαθητῶν εἶπε τῷ χριστῷ· διδάσκαλε, ἴδε, ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί. ὁ δὲ καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους πάντας εἶπεν, ἃ εἶπε.

c) Luc. 21, 5.

Λέγουσι δέ τινες, ὅτι καὶ μὴν ἔν τισι μέρεσιν, ἀφείθη λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ κατελύθη. πρὸς οὓς ἀντιλέγομεν, ὅτι τὰ ἐπιδειχθέντα πάντα, τὰ ἀξιοθαύμαστα, μέχρι θεμελίων κατελύθησαν κατὰ τὴν δεσποτικὴν ἀπόφασιν, ἀλλὰ καὶ, εἴ τι λείψανον ἀφείθη παρὰ ῥωμαίων, καὶ τοῦτο παρὰ τῶν ὕστερον καταλύεται, πρὸς οἰκοδομὰς ἑτέρας μεταφερόμενον. 7)

Κεφ. ΝΖ. Περὶ τῆς συντελείας.

Verſ. 3. Καθημένου — αἰῶνος;

Ὁ δὲ μάρκος εἶπε καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἐρωτησάντων, ὅτι πέτρος d) καὶ ἰάκωβος καὶ ἰωάννης καὶ ἀνδρέας. προσῆλθον μὲν γὰρ μαθησόμενοι, πάντες· ἠρώτησαν δὲ οἱ τέσσαρες, ὡς πλείονα παρ-

d) Marc. 13, 3.

οἰκοδομῆς, ὦ τῶν κριμάτων τοῦ ...... ἰησοῦ! πῦρ ἐξελθὸν τῶν θεμελίων, ἄρδην πάντας κατέκαυσε. τάτε θεμέλια καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας. Caret his Hentenius etiam. Narratur haec res a pluribus ſcriptoribus.

pote maiorem habentes fiduciam. Interrogant autem non tantum de templi vastatione discere cupientes, quantum de tempore secundi aduentus eius: ideo etiam seorsim accesserunt ne Iudaeis hoc manifestum fieret. Sed Matthaeus duo haec eos interrogasse dicit, puta: ¡Quando haec erunt? quae videlicet de templi euersione dixisti. Et, Quod signum aduentus tui et consummationis seculi? Marcus vero vnicam fuisse dicit interrogationem, de templo solum. Ait enim, Dic nobis quando haec erunt, et quod signum quando haec omnia consummanda sunt? Similiter autem scripsit et Lucas. Quid ergo dicendum est? Quod vna quidem fuit interrogatio, sicut scripserunt Marcus et Lucas: intentio autem discipulorum erat, vt de his duobus certiores fierent: puta de euersione templi et de secundo Christi aduentu: existimantes autem quod simul haec duo contingerent, fecerunt vnam de vtroque interrogationem. Verum Matthaeus intentionem eorum manifestans, illam in duas diuisit.

Vers. 4. *Et — v. 5. seducent.*

Nihil ad has interrogationes respondit, sed primum illa dicit eis, quae primum eos scire oportebat: quae videlicet futurum erat, vt ante illa occurrerent. Lucas autem dicit, Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum, et: Tempus instat. Ne igitur sequamini illos. Venient, inquit, nomine meo vtentes ad deceptionem eorum, qui illis credituri sunt, et dicentes, quisque videlicet eorum, Ego sum, nempe Christus. Et, Tempus instat, puta mei

*) Malim τῆς τοῦ ναοῦ, vt mox.

παῤῥησίαν ἔχοντες. ἐρωτῶσι δὲ, γλιχόμενοι μαθεῖν ἐ τοσοῦτον περὶ τοῦ ἀφανισμοῦ τοῦ ναοῦ, ὅσον περὶ τοῦ καιροῦ τῆς δευτέρας παρεσίας αὐτοῦ. διὰ καὶ κατ' ἰδίαν προσῆλθον, ἵνα μὴ τοῦτο τοῖς ἰεδαίοις ἔκπυςον γένηται. ἀλλὰ ματθαῖος μὲν φησιν, αὐτοὺς δύο ταῦτα ἐρωτῆσαι, πότε ταῦτα ἔςαι, δηλαδὴ, τὰ τοῦ[8]) ναοῦ τῆς καταςροφῆς, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ὁ δὲ μάρκος, ἓν εἶναι λέγει τὸ ἐρώτημα, περὶ τοῦ ναε μόνον. ἔγραψε γὰρ, εἰπὲ[e]) ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔςαι, καὶ τί τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ ταῦτα πάντα συντελεῖσθαι. παραπλησίως δὲ λέγει καὶ ὁ λουκᾶς. τί οὖν ἐςιν εἰπεῖν; ὅτι μία μὲν ἦν ἡ ἐρώτησις, ὡς ἔγραψαν μάρκος καὶ λουκᾶς· σκοπὸς δὲ τοῖς μαθηταῖς περὶ τῶν δύο τούτων μαθεῖν, τῆς τε τοῦ ναοῦ καταςροφῆς, καὶ τῆς τοῦ χριςοῦ δευτέρας παρουσίας. ὑπολαμβάνοντες γὰρ, ὅτι ἅμα τὰ δύο γενήσονται, μίαν περὶ τῶν δύο τὴν ἐρώτησιν ἐποιήσαντο· ματθαῖος δὲ σαφηνίζων τὸν σκοπὸν αὐτῶν, διεῖλεν αὐτὴν εἰς τὰ δύο.

e) Marc. 13, 4. Luc. 21, 7.

Verſ. 4. Καὶ — v. 5. πλανήσουσι.

Οὐδὲν πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀπεκρίθη ταύταις, ἀλλὰ πρότερον ἐκεῖνα λέγει τούτοις, ἃ πρῶτα τούτους ἔδει μαθεῖν, ὡς πρὸ ἐκείνων ἀπαντῆσαι μέλλοντα. λεκᾶς δὲ φησιν, βλέπετε,[f]) μὴ πλανηθῆτε. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί με, λέγοντες, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε. μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. ἐλεύσονται, φησι, τῷ ὀνόματί μου χρώμενοι πρὸς ἀπάτην τῶν πειθομένων αὐτοῖς, καὶ λέγοντες ἕκαςος, ὅτι ἐγώ εἰμι, τετέςιν,[9]) ὁ χριςὸς, καὶ ὅτι ὁ καιρὸς ἤγγικεν,

f) Luc. 21, 8.

9) τετέςιν ὁ χριςός. Abſunt. A.

mei secundi aduentus. Ne ergo sequamini eos, siue aliquem illorum. Marcus autem dixit: Et multos seducent. Fuerunt autem huiusmodi seductores, Simon et Menander Samaritani, et alii.

Vers. 6. *Futurum est — bellorum.*

Bella dicit quae mota sunt contra Ierosolyma: rumores autem bellorum, qui contra alias Iudaeorum ciuitates, quos factos fuisse scribit Iosephus antequam caperetur Ierusalem. Siquidem erexit se natio Iudaeorum, nec tributum exsoluebat. Romani vero non ferentes iniuriam, expeditionem in illos parauerunt.

Vers. 6. *Videte — finis.*

Ne terreamini inquit, quasi praedicatio sub seditione et turbatione dirimenda sit. Siquidem ventura sunt haec omnia quae de his bellis dixi, sic tamen vt nihil illi noceant. Aut ne terreamini, quasi iam instet finis siue perditio templi ac ciuitatis. Oportet enim haec omnia fieri: sed nondum est finis siue perditio eorum. Nam postmodum capta sunt Ierosolyma. Dicit autem Chrysostomus, quod discipuli quum in praecedentibus de extrema Iudaeorum vltione audissent, tanquam ad alienam calamitatem, quae nihil eos tangeret, negligenter se ad eam habebant, et sola ea tunc somniabant bona, quae absque tumultu in secundo Christi aduentu ventura erant: propter quae etiam interrogationem produxerant. Christus vero rursum illis laboriosa pronuntiat, constituens eos certami-

1) De vtroque Iustin. Mart. p. 69. D. E.
2) Tom. VII. p. 723. D.
3) ἐπίμονα. B. Chrysostomus loco laudato χαλεπά.

κεν, ὁ τῆς δευτέρας μȣ δηλονότι παρȣσίας. μὴ οὖν ἀκολȣθήσητε αὐτοῖς, ἤγουν, τινὶ αὐτῶν. ὁ δὲ μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ g) πολλοὺς πλανήσουσιν. g) Marc. 12, 6.
ἐγένοντο δὲ τοιȣ͂τοι πλάνοι σίμων x) καὶ μένανδρος, οἱ σαμαρεῖται, καὶ ἕτεροι.

Verſ. 6. Μελλήσετε — πολέμων.

Πολέμους λέγει, τοὺς κατὰ τῶν ἱεροσολύμων· ἀκοὰς δὲ πολέμων, τὰς τῶν πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις τῶν ἰȣδαίων, οὓς ἰώσηπος ἱστορεῖ γενέσθαι πρὸ τῆς ἁλώσεως τῆς ἱερουσαλήμ. καὶ γὰρ τὸ τῶν ἰȣδαίων ἔθνος ἀντῆρε, καὶ οὐκ ἀπεδίδου τοὺς φόρους· ῥωμαῖοι δὲ, μὴ ἐνεγκόντες τὴν ὕβριν, ἐπεστράτευσαν αὐτοῖς.

Verſ. 6. Ὁρᾶτε — τέλος.

Μὴ πτοηθῆτέ, φησιν, ὡς τοῦ κηρύγματος ὑπὸ τῆς ἀκαταστασίας καὶ ταραχῆς διακοπησομένου. μέλλȣσι γὰρ πάντα τὰ τῶν πολέμων τȣ́των γενέσθαι, μηδὲν αὐτὸ βλάπτοντα· ἢ μὴ πτοηθῆτε, ὡς ἤδη τοῦ τέλȣς ἐπιστάντος, ἤγουν, τȣ͂ ὀλέθρου τοῦ ναοῦ καὶ τῆς πόλεως. δεῖ γὰρ πάντα ταῦτα γενέσθαι, ἀλλ' ȣ̓́πω τὸ τέλος, εἶτουν, ὁ ὄλεθρος αὐτῶν. ὕστερον γὰρ ἑάλωσαν τὰ ἱεροσόλυμα. φησὶ δὲ ὁ χρυσόστομος, ὅτι οἱ μὲν 2) μαθηταὶ περὶ τῆς παγχαλέπου τιμωρίας τῶν ἰȣδαίων ἀνωτέρω μαθόντες, ὡς περὶ ἀλλοτρίας συμφορᾶς, ἀφροντίστως διέκειντο, καὶ μόνα τηνικαῦτα δίχα θορύβων ὠνειροπόλȣν τὰ τῆς τοῦ χριστȣ͂ δευτέρας παρȣσίας ἀγαθὰ, δι' ἃ καὶ τὴν ἐρώτησιν προσήγαγον. Ὁ δὲ χριστὸς πάλιν ἐπίπονα 3) τȣ́τοις προμηνύει, ποιῶν αὐτοὺς 4) ἐναγωνίους, καὶ διπλῆ νήφειν

4) ἐν ἀγωνίᾳ. A.

taminum praefectos: et duplicem ob causam vigilare iubet, tum ne a seductoribus fallantur, tum ne a bellorum rumore turbentur. Duplex siquidem ait instare bellum, et a seductoribus, et a Romanis, multamque ac variam commotionem, et interius et exterius.

Vers. 7. *Exurget — regnum.*

Gentes sociae Romanorum in gentes Iudaeis foederatas: et regna auxiliaria Romanis, in regna auxiliaria Iudaeis: et propterea fortia erunt horum bella.

Vers. 7. *Et — loca.*

Hoc est singulis Iudaeorum locis. Apud Lucam ponitur: Terroresque et signa a coelo magna erunt, vt cognoscant Iudaei ea quae fient diuinae esse irae: et intelligant quod propter saluatoris interemptionem haec patiantur.

Vers. 8. *Omnia — dolorum.*

Principium malorum et primordia calamitatum quae Iudaeis imminent.

Vers. 9. *Tunc — afflictionem.*

Tunc: Quando? Ante defectionem: nam in illud tempus sermonem traduxit, quod et Lucas significauit dicens, Ante haec omnia iniicient manus suas in vos, et persequentur, tradentes in synagogas et carceres, tractos ad reges ac praesides propter nomen meum. Plurimas enim calamitates post saluatoris assumptionem Iudaei induxerunt Apostolis: interdum quidem synagogae principibus tra-

νήφειν κελεύων, ὡς μήτε ὑπὸ τῶν πλάνων ἀπατηθῆναι, μήτε ὑπὸ τῆς ἀκοῆς τῶν πολέμων θροηθῆναι. διπλοῦν γὰρ εἶναι τὸν πόλεμον, ἀπό τε τῶν πλάνων, ἀπό τε τῶν ῥωμαίων, καὶ πολλὴν καὶ ποικίλην τὴν ζάλην, καὶ ἐντὸς καὶ ἐκτός.

Verſ. 7. Ἐγερθήσεται — βασιλείαν.

Τὰ ἔθνη τὰ συμμαχοῦντα ῥωμαίοις, ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συμμαχοῦντα ἰουδαίοις, καὶ αἱ βασιλεῖαι, αἱ συναιρόμεναι ῥωμαίοις, ἐπὶ τὰς συναιρομένας ἰουδαίοις. καὶ διὰ τοῦτο ἰσχυροὶ γενήσονται τούτων πόλεμοι.

Verſ. 7. Καὶ — τόπους.

Κατὰ τόπους τῶν ἰουδαίων. παρὰ τῷ λουκᾷ δὲ πρόσκειται, ὅτι [h]) φόβητρά τε καὶ σημεῖα μεγάλα ἀπ' οὐρανοῦ ἔσται, ἵνα γνῶσιν ἰουδαῖοι θεομηνίαν εἶναι τὰ γινόμενα, καὶ συνῶσιν, ὅτι διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀναίρεσιν ταῦτα πάσχουσι. h) Luc. 21, 11.

Verſ. 8. Πάντα — ὠδίνων.

Ἀρχὴ τῶν κακῶν, προοίμια τῶν συμφορῶν, τῶν τοῖς ἰουδαίοις ἐπερχομένων.

Verſ. 9. Τότε — θλίψιν.

Τότε, πότε; πρὸ τῆς ἀποστασίας. εἰς ἐκεῖνον γὰρ τὸν καιρὸν μετήγαγε τὸν λόγον, ὃ καὶ λουκᾶς ἐδήλωσεν εἰπών, ὅτι πρὸ [i]) τούτων πάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ διώξουσιν, παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακάς, ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου. πολλὰ γὰρ τότε δεινά, μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάληψιν, οἱ ἰουδαῖοι τοῖς ἀποστόλοις ἐπήγαγον· ποτὲ μέν, τοῖς ἀρχισυνα- i) Luc. 21, 12.

tradentes, vt punirentur: Interdum vero ad reges trahentes, veluti ad Herodem et Agrippam, ac similes. Praeterea ad praesides ac ciuitatum praefectos, et consulis aut principis munere fungentes, quemadmodum liber Apostolicarum actionum testatur.

Vers. 9. *Et occident vos.*

Hoc solis eis dicit, qui per Iudaeorum improbitatem ac versutiam occidendi erant: puta Stephanus, Iacobus frater Iohannis, et si quis alius.

Vers. 9. *Et — meum.*

A parentibus, a cognatis, ab amicis, a contribulibus, a familiaribus, ab hospitibus, a principibus, a subditis, et vt semel dicam, ab omnibus qui alieni sunt a praedicatione. Vbi autem tristia praedixit, consolationem deinceps subiunxit, dicens, Propter me: Nam id significat, Propter nomen meum. Et vere magna discipulis erat consolatio pati propter ipsum.

Vers. 10. *Et — multi.*

Erunt inuicem suspecti propter fidei diuersitatem: siue, non credentes apud eos qui credent.

Vers. 10. *Et — inuicem habebunt odio.*

Marcus autem manifestius dixit, quod tradent frater fratrem in mortem, et pater filium: et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient. Verisimile est itaque omnia facta esse, etsi liber Actorum rum

[5]) Tria haec vocabula absunt. A.

γώγοις παραδιδόντες εἰς κάκωσιν, ποτὲ δὲ ἐπὶ βασιλεῖς ἄγοντες, οἷον ἐπὶ ἡρώδην καὶ ἀγρίππαν [καὶ [5]) τοὺς τοιούτους,] καὶ ἐπὶ τοὺς ἡγεμόνας καὶ στρατηγοὺς τῶν πόλεων, καὶ τοὺς ἀνθυπάτους καὶ πολιτάρχας, ὡς ἡ βίβλος τῶν ἀποστολικῶν πράξεων ἱστορεῖ.

Verſ. 9. Καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς.

Τοῦτο λέγει πρὸς μόνους τοὺς ἀναιρεθῆναι μέλλοντας, διὰ τῆς τῶν ἰουδαίων κακεντρεχείας, οἷος ἦν στέφανος καὶ ἰάκωβος, ὁ ἀδελφὸς ἰωάννου, καὶ εἴ τις ἕτερος.

Verſ. 9. Καὶ — μου.

Ὑπὸ γονέων, ὑπὸ συγγενῶν, ὑπὸ φίλων, ὑπὸ ὁμοφύλων, ὑπὸ οἰκείων, ὑπὸ ξένων, ὑπὸ ἀρχόντων, ὑπὸ ἀρχομένων, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑπὸ πάντων τῶν ἀλλοτρίων τοῦ κηρύγματος. προειπὼν δὲ τὰ σκυθρωπὰ, λοιπὸν ἐπήγαγε καὶ τὴν παραμυθίαν, ὅτι δι' ἐμέ. τοῦτο γὰρ δηλοῖ, τὸ διὰ τὸ ὄνομά μου. καὶ ὄντως μεγάλη τοῖς μαθηταῖς ἦν παραμυθία τὸ πάσχειν δι' αὐτόν.

Verſ. 10. Καὶ — πολλοί.

Ὕποπτοι ἔσονται πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὴν διαφορὰν τῆς πίστεως, ἤγουν, οἱ μὴ πιστεύοντες πρὸς τοὺς πιστεύοντας.

Verſ. 10. Καὶ — μισήσουσιν ἀλλήλους.

Μάρκος δὲ φανερώτερον εἶπεν, ὅτι [k]) παραδώσει k) Marc. 13,12
ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον, καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. εἰκὸς γὰρ, πάντα γενέσθαι, εἰ

rum particulariter de omnibus non differat. Lucas vero etiam dicit: Trademini autem a parentibus et cognatis, amicis ac fratribus, et morte afficient quosdam ex vobis. Praedixit enim et hoc Christus discipulis, quod omnium est miserrimum, videlicet quod etiam a familiarissimis impugnandi erant: vt praescientes parati essent ad tolerantiam: et ita periculum facilius sustinerent. Haec autem omnia praedixit eis decimo nono capite. Quaere ergo et ibi horum expositionem.

Vers. 11. *Et — multos.*

Superius de iis dixit, qui se Christos esse fingent: nunc autem de his dicit, qui se prophetare simulabunt. Tunc enim multi tales fuerunt, quum adhuc initia essent praedicationis.

Vers. 12. *Et — multorum.*

Et hoc miserrimum est, quod neque ab amicorum dilectione consolationem habituri sunt. Quidam autem ἀγάπην, dilectionem, nominari dixerunt hospitalitatem: alii vero compassionem: Vide quot pericula eis praedixerit, ad omnia exacuens, et ad magnanimitatem roborans, ac confortationibus adamantinos reddens.

Vers. 13. *Qui autem — saluus erit.*

Hoc etiam dictum est decimonono capite, et ibi manifesta admodum data est interpretatio.

Vers. 14.

καὶ μὴ περὶ πάντων λεπτομερῶς ἡ βίβλος διαλαμβάνει τῶν πράξεων. καὶ ὁ λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι παραδοθήσεσθε l) καὶ ὑπὸ γονέων καὶ συγγενῶν καὶ φίλων καὶ 6) ἀδελφῶν, καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν. προεῖπε γὰρ τοῖς μαθηταῖς ὁ χριστὸς καὶ τουτὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὅτι καὶ ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων πολεμηθήσονται, ἵνα προμαθόντες ἑτοιμασθῶσιν εἰς ὑπομονὴν, καὶ λοιπὸν κουφότερον τὸ δεινὸν ἐνέγκοιεν. ταῦτα δὲ πάντα προεῖπεν αὐτοῖς, καὶ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον κἀκεῖ τὴν περὶ τούτων ἐξήγησιν.

l) Luc. 21, 16.

Verſ. 11. Καὶ — πολλούς.

Ἀνωτέρω μὲν, περὶ τῶν ὑποκρινομένων τὸν χριστὸν εἶπεν· ἐνταῦθα δὲ λέγει, περὶ τῶν ὑποκρινομένων προφητεύειν. πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι τότε γεγόνασιν, ἀρχὴν ἔτι τοῦ κηρύγματος ἔχοντος.

Verſ. 12. Καὶ — πολλῶν.

Καὶ τοῦτο χαλεπώτατον, ὅτι οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς ἀγάπης παραμυθίαν ἕξουσι. τινὲς δὲ ἀγάπην ἐνταῦθα, τὴν φιλοξενίαν ὠνόμασαν· ἕτεροι δὲ, τὴν συμπάθειαν. ὅρα, πόσα δεινὰ προεῖπεν αὐτοῖς, παραθήγων εἰς πάντα, καὶ στομῶν εἰς εὐψυχίαν, καὶ ταῖς ἐπιῤῥώσεσιν ἀδαμαντίνους ἀπεργαζόμενος.

Verſ. 13. Ὁ δὲ — σωθήσεται.

Εἴρηται καὶ τοῦτο ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ, καὶ διηρμηνεύθη πάνυ σαφῶς ἐκεῖ.

6) Ita etiam vterque Codex ordinat in contextu Lucae.

Verſ. 14. *Et praedicabitur — orbe.*

Hinc demonſtrauit, quod nulla pericula praedicationem ſuperabunt: et ita magnam praedicatoribus iniecit conſolationem, quod voti ſui compotes erunt: quia nihil eis erit obſtaculo, ſi modo tolerauerint. Marcus autem manifeſtius dixit: Et in omnes gentes primum oportet praedicare euangelium.

Verſ. 14. *In — gentibus.*

Ad redargutionem, ad accuſationem eorum, qui non crediderint: ne dicere poſſint in die iudicii, Praedicationem non audiuimus. Dictum eſt etiam de hoc decimonono capite.

Verſ. 14. *Et — conſummatio.*

Conſummatio templi et Ieruſalem, vt praediximus. Dicit ergo: Poſtquam facta fuerint vniuerſa quae dicta ſunt, et poſtquam praedicatum fuerit euangelium in vniuerſo orbe: tunc veniet Iudaeis omnimoda perditio. Quod autem priusquam caperentur Ieroſolyma praedicatum ſit euangelium per totum mundum, dixit Paulus: Fructificauit, inquit, ac creuit in omni creatura quae ſub coelo eſt. Si enim ipſe a Ieroſolymis vsque ad Hiſpaniam praedicauit, concipe etiam de caeteris Apoſtolis quousque percurrerint. Idcirco enim poſtquam praedicatum eſt euangelium vbique terrarum, pereunt Ieroſolyma, ne vmbram quidem reſponſionis habeant Iudaei: tantam videntes praedicationis virtutem, vt breuiſſimo tempore vniuerſum per-

7) Chryſoſtomus haec tractat T. VII. p. 725. D. et loca ſimilia confundit. Hunc ergo, non Codices N. Teſta-

Vers. 14. Καὶ κηρυχθήσεται — οἰκουμένῃ.

Ἐντεῦθεν ἔδειξεν, ὅτι οὐδὲν τῶν δεινῶν περιγενήσεται τοῦ κηρύγματος, καὶ πολλὴν οὕτω τοῖς κήρυξι παραμυθίαν ἐνέβαλε, πληροφορηθεῖσιν, ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς ἐμποδίσει, ἐὰν μόνον ὦσι καρτερικοί. μάρκος δὲ φανερώτερον εἶπεν, ὅτι καὶ εἰς m) πάντα τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. m) Marc. 13, 10.

Vers. 14. Εἰς — ἔθνεσιν.

Εἰς ἔλεγχον, εἰς κατηγορίαν τῶν μὴ πιστευσάντων, ἵνα μὴ δύνωνται λέγειν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ὅτι οὐκ ἤκουσαν τοῦ κηρύγματος. εἴρηται δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ.

Vers. 14. Καὶ — τέλος.

τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. ὁ μὲν γὰρ λόγος ἡνώθη τῇ σαρκὶ, διὰ τῆς προσλήψεως· αὕτη δὲ πάλιν ἑνοῦται ἡμῖν, διὰ τῆς μεταλήψεως. αἵματος δὲ καὶ διαθήκης μνημονεύσας, τὸν θάνατον αὐτοῦ πάλιν ἐνέφηνε, τῇ πυκνότητι τῆς μνήμης εὐπαράδεκτον αὐτοῖς τοῦτον καθιστῶν. εἰ γὰρ, καὶ πολλάκις τούτου προκαταγγελθέντος, ὅμως παρ' αὐτὸ τὸ πάθος ἐθορυβήθησαν, τί οὐκ ἂν ἔπαθον, μηδὲν προμαθόντες;

Λουκᾶς δὲ λέγει, καὶ τοῦτο εἰπεῖν τότε τὸν κύριον, ὅτι τοῦτο v) ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνη- v) Luc. 22, 19.
σιν, τοῦτο, φησι, τὸ καινὸν μυστήριον, καὶ μὴ ἐκεῖνο, τὸ παλαιόν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὸ θυσίασμα, εἰς ἀνάμνησιν ἐγίνετο τῆς ἐν αἰγύπτῳ σωτηρίας τῶν ἑβραϊκῶν πρωτοτόκων, καὶ τῆς τῶν ἑβραίων ἐλευθερίας· τοῦτο δὲ, εἰς ἀνάμνησιν τοῦ δεσπότου. διὰ τῆς τοιαύτης γὰρ θυσίας ἀναμιμνησκόμεθα, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ παρέδωκεν εἰς θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξέχεε, καὶ τῇ συνεχείᾳ τὴν μνήμην ἀνανεούμεθα.

Vidisti quo pacto discipulos a veteri sacrificio in nouum transtulerit? nam quae est deinceps imaginis vtilitas, verum iam exemplar habentibus? Dicit autem Chrysostomus, quod Christus tunc primus participauit mysterium, ne molestum eis esset, quod carnem et sanguinem participare eos hortaretur: cuius etiam signum erat quia dixit.

Vers. 29. *Dico — patris mei.*

Quodsi poculum participauit, vtique et panem. Posthac vero, id est, ab hac hora. Diem autem illum vocat tempus post resurrectionem, quando edit et bibit cum discipulis: quod etiam ipsi sumentes pro certo resurrectionis indicio, dicebant, Qui manducauimus et bibimus cum eo. Nouum vero, id est nouo et admirando modo. Quum enim corpus haberet immortale, nec amplius cibo egeret aut potu, comedit tamen et bibit: non ob necessitatem, sed ob certitudinem, ne phantasma videretur. Regnum autem vocat potestatem datam sibi tanquam homini post resurrectionem. Data est mihi inquit omnis potestas in coelo et in terra. Patris tamen mei dicit, hoc est, quod a patre mihi datum est. Hoc autem dixit, quia ad illum refert omnia quae sunt.

Similiter et Marcus scripsit, Quando bibam illum nouum in regno Dei. Praeterea Lucas, donec regnum Dei veniat: vocantes hi similiter Regnum, praedictam potestatem. Lucas etiam de legali pascha Christum ait dixisse, Non edam ex eo donec compleatur in regno Dei, quod videli-

8) Tom. VII. p. 783. B.
9) Ὅτι, pro οἵτινες dat Cod. A.

Εἶδες, πῶς μετέθηκε τοὺς μαθητὰς ἀπὸ τῆς παλαιᾶς θυσίας ἐπὶ τὴν καινήν. ποία γὰρ εἰκόνος ἔτι χρεία, τοῖς ἤδη τὸ πρωτότυπον ἔχουσι; Φησὶ δὲ [8]) ὁ χρυσόστομος, ὅτι καὶ ὁ χριστὸς πρῶτος τότε μετέσχε τοῦ μυστηρίου, ἵνα μὴ ἀηδισθῶσι, σαρκὸς καὶ αἵματος μεταλαβεῖν ἐπιτρεπόμενοι, καὶ τούτου δὲ τεκμήριον, τὸ εἰπεῖν αὐτόν·

Verſ. 29. Λέγω — πατρός μου.

Ει δὲ τοῦ ποτηρίου μετέσχε, μετέλαβεν ἄρα καὶ τοῦ ἄρτου. τὸ μὲν οὖν ἀπάρτι, σημαίνει τὸ, ἀπὸ τοῦ νῦν. ἡμέραν δὲ ἐκείνην λέγει, τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ καιρὸν, ὅτε ἔφαγε καὶ ἔπιε μετὰ τῶν μαθητῶν, ὃ καὶ αὐτοὶ ποιούμενοι τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἀπόδειξιν, ἔλεγον, [9]) οἵτινες [x]) συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ. καινὸν δὲ, ἀντὶ τοῦ, καινῶς καὶ παραδόξως. τοῦ σώματος γὰρ ἀθανατισθέντος, καὶ μηκέτι δεομένου βρώσεως ἢ πόσεως, ἔφαγε καὶ ἔπιεν, οὐ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ [1]) πληροφορίαν, τοῦ μὴ φάσμα δοκεῖν. βασιλείαν δὲ καλεῖ, τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐξουσίαν, ὡς ἀνθρώπῳ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν. ἐδόθη [y]) μοι, γάρ φησι, πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. τοῦ πατρός μου δὲ, τουτέστι, τῇ ὑπὸ τοῦ πατρός μου δοθείσῃ μοι. τοῦτο δὲ εἶπε, καὶ διότι πρὸς αὐτὸν ἀναφέρει πάντα τὰ ἑαυτοῦ.

x) Act. 10, 41.
y) Matt. 28, 18.

Ὁμοίως δὲ καὶ μάρκος ἔγραψεν, ὅταν [z]) αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. καὶ μὴν καὶ λουκᾶς, ἕως ὅτου [a]) ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἔλθῃ· βασιλείαν καὶ οὗτοι, τὴν δηλωθεῖσαν, λέγοντες, ἐξουσίαν. ὁ δὲ λουκᾶς ἔτι καὶ περὶ τοῦ νομικοῦ πάσχα φησὶν εἰπεῖν τὸν χριστὸν, ὅτι οὐ [b]) μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ

z) Marc. 14, 25.
a) Luc. 22, 18.
b) Luc. 22, 16.

[1]) Διὰ, omittit Cod. A.

delicet erit in feculo venturo: tunc enim pafcha perficiet et perfectius et purius, immolans ineffabile verbum diuinitatis et humanitatis fuae, gladio doctrinae diffecans illud ac diuidens his qui facrorum fuorum doctrina digni erunt.

Quod autem vel quantum gaudium eft, vt nos quidem difcamus, ille vero doceat: et vna cum eisipfis eius difcipulis verbum participemus, ficut ait Gregorius Theologus. Pulcherrima eft de tali pafcha philofophia. Sed de his hactenus.

Nunc autem Lucae verba tractanda funt ac conciliandа, quatenus poffibile fuerit. Ait enim ille Chriftum primo quidem fumpfiffe poculum et gratias egiffe ac dixiffe. Accipite hoc et diuidite inter vos. Deinde fumpfiffe panem et gratias egiffe ac diuififfe: fimiliter autem et poculum ipfum. Vnde videtur de duobus loqui poculis. Non eft autem ita, fed primum quidem fumpfit poculum et benedixit ac dixit: Accipite hoc et diuidite inter vos. Deinde quum addidiffet, Nequaquam bibam de hoc fructu vitis donec regnum Dei veniat: timore mortis fuae turbauit eos. Vt autem verifimile eft, facta concertatione ac confufione, repofitum eft poculum. Deinde aliquanto poft tempore facta funt quae fequuntur, fiue panis fiue poculi traditio. Quum enim dixerit euangelifta de pane, quod vbi gratias egiffet fregit ac dedit eis: dein-

[2]) ποσότης, pro πόσις. Cod. A. Hentenius videtur legiffe: τίς δὲ καὶ πόση ἡ ἀπόλαυσις, aut πόση τις ἡ. Sed ea, quam nos exhibuimus, eft vnice vera lectio. Ita enim ad verbum apud Gregor. Nazianz. p. 258. circa fin.

[3]) Δὲ, omittit Cod. A.

[4]) Miror fane, in Codicibus Graecis N. T. hic tantum deprehendi confenfum, in loco fane difficillimo.

τοῦ θεοῦ, δηλαδὴ, τῇ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα. καὶ τότε γὰρ ἐπιτελέσει τὸ πάσχα τελεώτερόν τε καὶ καθαρώτερον, θύων τὸν ἀπόῤῥητον λόγον τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, τῇ μαχαίρᾳ τῆς διδασκαλίας, καὶ διαιρῶν αὐτὸν καὶ διανέμων τοῖς ἀξίοις τῆς τοιαύτης μυσταγωγίας.

Τίς δὲ ἡ 2) πόσις καὶ ἡ ἀπόλαυσις; ἡμῶν μὲν, τὸ μαθεῖν· ἐκείνου δὲ, τὸ διδάξαι καὶ κοινώσασθαι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς τὸν λόγον, ὡς ὁ θεολόγος φησὶ γρηγόριος, κάλλιστα περὶ τοῦ τοιούτου πάσχα φιλοσοφήσας. ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων μὲν εἰς τοσοῦτον.

Τὰ δὲ τοῦ λουκᾶ ῥητὰ μεταχειριστέον καὶ συμβιβαστέον, ὡς οἷόν τε. λέγει γὰρ ἐκεῖνος, τὸν χριστὸν πρῶτον μὲν c) λαβεῖν ποτήριον, καὶ εὐχαριστῆσαι, καὶ εἰπεῖν· λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς· εἶτα λαβεῖν ἄρτον, καὶ εὐχαριστῆσαι, καὶ διανεῖμαι. ὡσαύτως 3) δὲ καὶ τὸ ποτήριον. καὶ δοκεῖ περὶ 4) δύο ποτηρίων λέγειν. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἔλαβε ποτήριον, καὶ ηὐχαρίστησε, καὶ εἶπε· λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς· εἶτα προσθεὶς, ὅτι d) οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἔλθῃ· τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου αὐτοῦ διετάραξεν αὐτούς· οἷα δὲ εἰκὸς, διατριβῆς καὶ συγχύσεως γενομένης, ἀπέθετο τὸ ποτήριον· εἶτα, καιροῦ τινος διελθόντος, γεγόνασι τὰ ἑξῆς, ἥτε τοῦ ἄρτου, καὶ ἡ τοῦ ποτηρίου μετάδοσις. εἰπὼν γὰρ ὁ e) εὐαγγελιστὴς περὶ τοῦ ἄρτου, ὅτι εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς· εἶτα ἐπαγαγὼν,

c) Luc. 22, 17. 19. 20.

d) Luc. 22, 18.

e) Luc. 22, 19.

mo. Modo autem ad manus est Euangeliarium Gothanum Ms., quod versum 17. et 18. omittit. Lectio est τῇ μεγάλῃ ε. πρωΐ. Incipit in hoc Codice fol. 150.

deinde ſubiunxerit, ſimiliter et poculum ipſum: oſtendit quod illud ipſum fuit poculum quod prius acceperat. Non enim ſimpliciter dixit, ſimiliter et poculum: ſed, ſimiliter et poculum ipſum, addito videlicet articulo, et rem de qua facta eſt mentio ſignificando. Praeterea quod ſubiungitur, Hoc ipſum poculum nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: etſi ſcabroſa loquutio videatur, nihil tamen differt a dicto ſermone, quem Matthaeus et Marcus ſcripſerunt. Illi ſiquidem dixerunt, Hic eſt ſanguis meus qui eſt noui teſtamenti, hoc eſt, qui nouum tradit teſtamentum. Hic autem ait, Hoc ipſum poculum nouum teſtamentum eſt, quod ego nunc teſtor praecipiens vobis, vt ita faciatis. Hoc autem nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: vetus enim teſtamentum irrationalis animalis ſanguinem habebat. Similiter et quod ſequitur, Veruntamen ecce manus tradentis me mecum eſt in menſa, ſimile eſt illi quod dicitur, Qui manducat mecum: aut, Qui intinxit mecum manum in catino. Hoc autem poſuit Lucas poſt panis et poculi diuiſionem: Matthaeus et Marcus ante illam. Vnde apparet, quod hoc bis dixerit Chriſtus, et ante myſteriorum traditionem quando in catinum intingentes edebant: et poſt traditionem quando rurſus appoſitus eſt catinus.

Et hoc etiam magnam habet dubitationem: quo modo quum Matthaeus dixerit Chriſtum ante traditionem myſteriorum manifeſtaſſe proditorem, reſpondens illi, Tu dixiſti: Rurſus Iohannes poſt myſteriorum traditionem ignorantes ſcribit diſcipulos ac haeſitantes; quando et ſeipſum a Petro incitatum, interrogaſſe dicit praeceptorem, et ſibi datum eſſe ſignum intinctam offulam. Manifeſtum

γὰν, ὅτι f) ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον, ἔδειξεν, ὅτι f) Luc. 22, 20.
ἐκεῖνο τὸ ποτήριον, ὃ πρότερον ἔλαβεν. οὐκ εἶπε
γὰρ, ὅτι ὡσαύτως καὶ ποτήριον, ἀλλ' ὅτι, ὡσαύ-
τως καὶ τὸ ποτήριον· τῇ προσθήκῃ τοῦ ἄρθρου τὸ
προεγνωσμένον δηλώσας. τὸ δὲ, τοῦτο g) τὸ ποτή- g) Luc. 22, 20.
ριον, ἡ καινὴ διαθήκη, ἐν τῷ αἵματί μου, εἰ καὶ
δοκεῖ δύσφραστον, ἀλλ' ὐδὲν διαφέρει τοῦ λόγου
τῦ ῥηθέντος ὑπὸ ματθαίου καὶ μάρκου. ἐκεῖνοι
μὲν γὰρ εἶπον, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς
καινῆς διαθήκης, τυτέστι, ὃ ἡ καινὴ διαθήκη πα-
ραδίδωσιν· ὗτος δὲ φησὶν, ὅτι τοῦτο τὸ ποτήριον,
ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν, ἣν ἐγὼ διατίθεμαι νῦν, ἐν-
τελλόμενος ὑμῖν ὕτω ποιεῖν. καινὴ δὲ τῦτο διαθή-
κη ἐστὶν, ἐν τῷ αἵματί μου· ἡ γὰρ παλαιὰ διαθή-
κη ἀλόγου ζώου αἷμα εἶχεν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ,
πλὴν h) ἰδοὺ, ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντός με, μετ' h) Luc. 22, 21.
ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ὅμοιόν ἐστι τῷ, ὁ ἐσθίων
μετ' ἐμοῦ, ἢ τῷ, ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ
τρυβλίῳ τὴν χεῖρα. τέθεικε δὲ τοῦτο λουκᾶς μὲν,
μετὰ τὴν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ ἄρτου διανομὴν,
ματθαῖος δὲ καὶ μάρκος, πρὸ ταύτης. καὶ φαί-
νεται, ὅτι δὶς εἶπε τοῦτο ὁ χριστὸς, πρό τε τῆς
μεταδόσεως τῶν μυστηρίων, ὅτε καὶ ἐν τῷ τρυβλίῳ
βάπτοντες ἤσθιον· καὶ μετὰ τὴν μετάδοσιν, ὅτε
τὸ τρυβλίον αὖθις [5]) παρετέθη.

Καὶ τοῦτο δὲ πολλῆς ἄξιον ἀπορίας, πῶς, τοῦ
ματθαίου φήσαντος, ὅτι ὁ χριστὸς πρὸ τῆς δια-
νομῆς τῶν μυστηρίων ἐφανέρωσε τὸν προδότην,
ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτὸν τὸ σὺ i) εἶπας, αὖθις ὁ i) Matt. 26, 25.
ἰωάννης, k) μετὰ τὴν διανομὴν, ἀγνοοῦντας ἱστορεῖ k) Io. 13, 23-26.
τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀπορουμένους, ὅτε καὶ ἑαυ-
τὸν, ὑπὸ πέτρου παρορμηθέντα, διερωτῆσαι λέ-
γει τὸν διδάσκαλον, καὶ δοθῆναι σημεῖον τὸ βαφὲν

 ψωμίον.

5) Αὖθις μετετέθη. Cod. A. Codici B. accedit etiam versio Hentenii.

festum enim est, quod hoc postea factum est. Nam accepta, inquit, ille offula, exiuit continuo: Caeteris quidem enarratoribus nulla cura digna apparuit praesens quaestio: nos autem quod post multos labores intelleximus, in medium afferemus. Percepimus sane quod ante panem et poculum discipulis pariter interrogantibus, Christus signum dedit commune, Qui intinxit inquit mecum: et, qui intingitur. Siquidem omnes et intinxerant, et adhuc intingebantur. Deinde proditore singulariter interrogante, addidit particularius dicens, Tu dixisti. Sed prius quidem indicium magis obumbrauit, secundum autem, minus quidem, attamen etiam hoc benignitate obumbrauit: vt Iudas cognito tam a communiori signo, quam a particulariori quod non lateret, poenitentia duceretur antequam caeteris discipulis manifestaretur. Verum hi neque a priori indicio, neque a posteriori intelligere potuerunt quis esset proditor; illud enim, Tu dixisti, aenigmati simile erat. Nec enim manifeste confessus erat, Ego sum, sed per interrogationem Nunquid ego sum? Itaque tacuerunt, ne quo modo tanquam insensatis exprobraret Christus: Nam et hoc alibi passi sunt. Iudas vero a secundo quidem indicio intellexit, quod a Christo cognitus esset: putans tamen se discipulis nondum manifestatum esse, quum illi non intellexissent, ignorantem se finxit, sumpta a clementia praeceptoris fiducia. Post diuisionem autem mysteriorum rursus saluator de proditione testatur siue protestatus est, veluti scripsit Iohannes, vt vel sic Iudas tantam expertus longanimi-

6) Δῆλον γὰρ, ὡς. Haec omittit Cod. A.
7) Ἔτι, omittit Cod. A. Forte Euthymius etiam dederat, ἐνέβαπτον, pro ἐνεβάπτοντο.

ψωμίον. δῆλον[6]) γὰρ, ὡς ὕστερον τοῦτο γέγονε. λαβὼν[l]) γάρ, φησι, τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθε. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐξηγηταῖς οὐδεμιᾶς ἐπιστασίας ἠξιώθη τὸ παρὸν ζήτημα· φιλοπονήσασι δὲ ἡμῖν, ὃ διεγνώσθη, ῥηθήσεται. νενοήκαμεν γὰρ, ὅτι πρὸ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου τῶν μαθητῶν κοινῶς ἐρωτησάντων, ὁ χριστὸς πρῶτον μὲν ἔδωκε γνώρισμα κοινότερον τὸ, ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ, καὶ ὁ ἐμβαπτόμενος, καὶ γὰρ πάντες καὶ ἐνέβαψαν καὶ ἐνεβάπτοντο[7]) ἔτι· εἶτα τοῦ προδότου ἰδικῶς ἐρωτήσαντος, προσέθηκεν ἰδικώτερον τὸ, σὺ εἶπας. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον γνώρισμα πλεῖον συνεσκίαστο, τὸ δεύτερον δὲ, ἔλαττον. ὅμως δὲ καὶ τοῦτο συνεσκίαστο, διὰ φιλανθρωπίαν, ὡς ἂν ἀπό τε τοῦ κοινοτέρου καὶ τοῦ ἰδικωτέρου γνοὺς ὁ[8]) ἰούδας, ὅτι οὐ λέληθε, μεταμεληθείη πρὸ τοῦ διαγνωσθῆναι τοῖς ἄλλοις μαθηταῖς. ἀλλ' οὗτοι μὲν, οὔτε ἀπὸ τοῦ πρώτου γνωρίσματος, οὔτε ἀπὸ τοῦ δευτέρου δυνηθέντες νοῆσαι, τίς ὁ προδότης ἐστί· τὸ γὰρ, σὺ εἶπας, αἰνίγματι ἐῴκει· οὐδὲ γὰρ ἐκ τοῦ προφανοῦς ὡμολόγησεν, ὅτι ἐγώ εἰμι· ἀλλὰ κατ' ἐρώτησιν, μήτι ἐγώ εἰμι· ἡσύχασαν, μήποτε[9]) καὶ προσονειδισθῶσιν, ὡς ἀνόητοι· καὶ γὰρ καὶ ἄλλοτε τοῦτο πεπόνθασιν· ἰούδας δὲ, ἀπὸ τοῦ δευτέρου γνωρίσματος συνῆκε μὲν, ὅτι διεγνώσθη τῷ χριστῷ· λογισάμενος δὲ, ὅτι οὔπω τέως τοῖς μαθηταῖς πεφανέρωται, μὴ νενοηκόσιν ἔτι, τὸν ἀγνοοῦντα προσεποιεῖτο, τῆς τοῦ διδασκάλου καταθαῤῥῶν ἀνεξικακίας· μετὰ δέγε τὴν τῶν μυστηρίων διανομὴν, πάλιν ὁ σωτὴρ ἐμαρτύρησεν, ἤγουν, διεμαρτύρατο περὶ τῆς προδοσίας, ὡς ὁ ἰωάννης ἔγραψεν, ἵνα ὁ ἰούδας, τοσαύτης

l) Io. 13, 30.

8) Ὁ, omittit. B.

9) Καὶ omittit Cod. A.

nimitatem, nec manifeste traductus, neque mysteriis frustratus, sed aeque cum discipulis eorum particeps effectus, melior ac mente sanior efficeretur. Statim ergo discipuli, iam vlterius tolerare nequeuntes: plurimum enim anxii erant, et ad se inuicem respiciebant, haesitantes de quo diceret: ipsi quidem interrogationem facere ausi non sunt, ob eam quam paulo ante diximus causam: sed hanc Petrus Iohanni commisit, tanquam maxime a praeceptore dilecto, et tunc in eius sinu recumbenti: at ille conuersus, et cum reuerentia super pectus eius recidens: in aurem interrogauit. Et tunc saluator cognito quod Iudas incurabilis permaneret: nec sic quidem publicauit eum: sed respondit et ipse in aurem, Ille est, cui ego intinctum panem porrexero: et intinctum panem dat Iudae Simonis Iscariotae. Sciens ergo Iudas quod hoc signum erat, tum a secreta Christi ad Iohannem colloquutione, tum quia soli ipsi talis offula data erat: haec enim alia erat a pane, qui omnibus diuisus est: Praeterea quum audisset, Quod facis, fac citius: hoc est, quod cogitatione facis, perficito et opere: siquidem tempus iam appropinquabat. Quanquam adhuc discipulis ignota erant et quae de offula erant, vtpote soli Iohanni secreto dicta. Alius itidem sermo incertus erat ad quid dictus esset: quidam enim, inquit, putabant quia loculos habebat Iudas, quod diceret ei Iesus, Eme ea quae ad festum nobis necessaria sunt, aut pauperibus, vt aliquid daret. Tunc itaque non ferens infamiam, suspicatus est enim, quod omni-

bus

[2]) Καὶ μηδέ. Cod. A.

[3]) Τῶν μαθητῶν. Cod. A.

αὐτῆς ἀξιωθεὶς μακροθυμίας, καὶ μὴ προδήλως παραδειγματισθεὶς,[1]) μηδὲ τῶν μυστηρίων ἀπελαθεὶς, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπίσης τοῖς[2]) μαθηταῖς μετασχὼν, γένηται βελτίων καὶ σωφρονέστερος· εὐθὺς δὲ οἱ μαθηταὶ, μηκέτι δυνηθέντες καρτερεῖν ἐπὶ πλεῖον· καὶ γὰρ ἠγωνίων, καὶ ἔβλεπον εἰς ἀλλήλους, ἀπορούμενοι, περὶ τίνος λέγει· αὐτοὶ μὲν καὶ οὕτως οὐκ ἐτόλμησαν τὴν ἐρώτησιν, δι᾽ ἣν εἰρήκαμεν αἰτίαν· τῷ Ἰωάννῃ δὲ ταύτην ἐπέτρεψεν ὁ πέτρος, ὡς ἠγαπημένῳ μάλιστα τῷ διδασκάλῳ, καὶ ἀνακειμένῳ τηνικαῦτα ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ· ὁ δὲ μεταστραφεὶς, καὶ ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, μετ᾽ εὐλαβείας ἠρώτησεν εἰς τὸ οὖς, καὶ λοιπὸν ὁ σωτὴρ συνιδὼν, ὅτι ἀνίατος ὁ ἰούδας μένει, οὐδ᾽ οὕτω μὲν ἐθριάμβευσεν αὐτὸν, ἀπεκρίθη δὲ καὶ αὐτὸς εἰς τὸ οὖς, ὅτι ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω· καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον ἐπιδίδωσιν· ἰούδας δὲ λαβὼν τὸ ψωμίον, καὶ γνοὺς, ὅτι τεκμήριον ἦν ἀπό τε τῆς τοῦ χριστοῦ πρὸς ἰωάννην κρυφίας κοινολογίας, καὶ ἀπὸ τοῦ μόνῳ αὐτῷ τοιοῦτον ψωμίον δοθῆναι· ἕτερον γὰρ ἦν τοῦτο παρὰ τὸν διαμερισθέντα πᾶσιν ἄρτον· καὶ προσέτι ἀκούσας, ὅτι[3]) ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον, τουτέστι, ὃ τῷ λογισμῷ ποιεῖς, ποίησον καὶ τῷ ἔργῳ· ἤγγισε γὰρ ὁ καιρός· εἰ καὶ ἔτι τοῖς μαθηταῖς καὶ τὰ περὶ τοῦ ψωμίου ἠγνόητο, πρὸς μόνον ῥηθέντα κρυφίως τὸν ἰωάννην, καὶ ὁ λόγος ἄδηλος ἦν, πρὸς τί ἐῤῥήθη· τινὲς,[m]) γάρ φησιν, ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον m) Io. 13, 29. εἶχεν ἰούδας, ὅτι λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ· καὶ τοῦτο μὲν, οὐκ ἐνεγκὼν τὴν αἰσχύνην· ὑπέλαβε γὰρ ἤδη πᾶσι φανερωθῆναι· τοῦτο δὲ, καὶ φοβηθεὶς τοὺς μαθητὰς, μήπου καὶ δια-

3) Ὅτι omittit. B.

bus manifestatus esset, et discipulos quoque timens, ne se forsitan discerperent, exiuit continuo: et ad insidiatores abiit. Haec autem omnia solus Iohannes retulit, vtpote ab aliis praetermissa.

Illud vero, Quae ad festum nobis necessaria sunt, multis enarratoribus difficultatem ingessit. Diem enim paschae iam celebrauerant, vt praedictum est: Ergo manifestum est quosdam discipulorum cognouisse quam ob causam magister praeuenerat tempus celebrandi pascha: quidam vero intentum eius ignorantes putabant quod ipsum adhuc celebraturus esset in ipsa parasceue. Aut festum, intelligendum est de festo azymorum.

Quare vero dicatur dominus Iohannem diligere, et quare in sinu eius recubuerit, dicetur annuente domino in enarratione euangelii secundum Iohannem. Quodsi Lucas ait in Iudam ingressum esse satanam priusquam loqueretur cum principibus sacerdotum et magistratibus de proditione: Iohannes vero post acceptam offulam, nulla est contradictio. Primum enim satanas experimentum sumebat, miserumque explorabat: postmodum vero cognito quae designata erant, iam velut incorrigibilem magna fiducia ingressus est. Nec tamen despiciendo diuina mysteria ingressus est: id enim nequaquam fieri potuit, sed quod hunc sciret indignum qui in his versaretur, et quod inde nullam sumpturus esset vtilitatem.

Vers. 30.

4) Vide de hoc vocabulo Harpocrat. p. 51. et Aristoph. Ran. v. 79. et 735. Priori in loco Aristophanis scholium Cod. Mosq. dat δοκιμάσω, ἐκ μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων. Ibid. in scholiis editis corrige ψοφοδεεῖς, pro ψοφώδεις. Altero in loco scholia Cod. Mosq. habent ἐξητασμένοις. Lexicon inedi-

διασπαράξωσιν αὐτόν· εὐθέως ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τοὺς ἐπιβούλους ἀπῆλθε. ταῦτα δὲ πάντα μόνος ὁ ἰωάννης ἀπήγγειλεν, ὡς παραλελειμμένα τοῖς ἄλλοις.

Τὸ δὲ, ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἀπορίαν πολλοῖς τῶν ἐξηγητῶν ἐνεποίησε. τὴν γὰρ τοῦ πάσχα ἤδη ἑωρτάσαν, ὡς προείρηται. δῆλον οὖν, ὅτι τινὲς μὲν τῶν μαθητῶν ἔμαθον τὸν σκοπὸν τοῦ διδασκάλου, καθ' ὃν προεώρτασε τὸ πάσχα· τινὲς δὲ ἀγνοοῦντες, ἐδόκουν, ὅτι ἔτι τοῦτο ἑορτάσει καὶ κατὰ τὴν παρασκευήν· ἢ καὶ τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν ὑποληπτέον.

Διατί δὲ λέγεται ἀγαπᾷν τὸν ἰωάννην ὁ κύριος, καὶ διατί ἀνέκειτο ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ, ζητήσεται θεοῦ διδόντος ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ κατὰ ἰωάννην εὐαγγελίου. εἰ δὲ λουκᾶς μέν φησιν εἰσελθεῖν n) τὸν σατανᾶν εἰς ἰούδαν πρὸ τοῦ συλλαλῆσαι τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ στρατηγοῖς περὶ προδοσίας· ἰωάννης δὲ, μετὰ τὸ o) ψωμίον, οὐκ ἐναντιολογοῦσι. πρότερον μὲν γὰρ ὁ σατανᾶς ἀπόπειραν ἐποιήσατο, καὶ διεκωδώνισε [a]) τὸν ἄθλιον· ὕστερον δὲ γνοὺς ἀφοριθέντα, ὡς ἀδιόρθωτον, θαῤῥήσας ἐπεπήδησεν· οὐ τῶν θείων δὲ μυστηρίων καταφρονήσας εἰσεῤῥύη. πῶς γάρ; ἀλλ' ἀνάξιον αὐτὸν εἰδὼς τῆς τούτων μεταλήψεως, καὶ μηδὲν ἐντεῦθεν ὠφελημένον.

n) Luc. 22, 3.
o) Io. 13, 27.

Vers. 30.

[a]) ineditum: διακωδωνισθέντες, ἤτοι, διαφημισθέντες. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν διαπαιζομένων. (Hactenus consentit quoque Glossar. Cyrill.) τέτακται καὶ ἐπὶ τοῦ, διαπειρασθέντες. οὕτως Λυσίας ὁ ῥήτωρ. ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων μετενήνεκται. εἰώθασι γὰρ οὕτω δοκιμάζειν τοὺς γενναίους ἵππους, εἰ μὴ καταπλήσσονται τὸν ἐν πολέμῳ θόρυβον, τοὺς κώδωνας ψοφοῦντες.

Verſ. 30. *Et — oliuarum.*

Gratias quidem egit ante diſtributionem, laudes autem dixerunt poſt diſtributionem: vt et nos ita faciamus, gratias Deo agentes, ipſumque glorificantes, qui nos huiusmodi bonis dignos duxit. Exiuit autem in montem oliuarum, ne occultari videretur, et ne propter eum in ciuitate fieret ſeditio. Mons vero oliuarum vltra torrentem Cedrῶn erat, iuxta Iohannis ſcripturam: vbi erat hortus in quem ingreſſus eſt ipſe et diſcipuli eius. Sciebat autem inquit et Iudas, qui tradebat eum, locum, quod frequenter conueniret illuc Ieſus cum diſcipulis ſuis. Manifeſtum eſt ergo quod ſaepius foris pernoctabat in montibus, tum vt absque vlla diſtractione oraret, tum etiam vt diſcipulis ſecretiores ſermones communicaret. Siquidem priusquam exiret in montem plurima dixit, quorum quaedam ſcripſit Lucas, quaedam vero Iohannes.

Verſ. 31. *Tunc ait — gregis.*

Offendiculum patiemini, hoc eſt excutietur a vobis fides quam in me habetis, ſiue fugietis. Eſt autem prophetae Zachariae dictum quod ſequitur. Dicitur autem pater percuſſiſſe filium, vtpote permittens vt ipſe vulneraretur ſiue occideretur. Hinc itaque manifeſtum eſt, quod voluntate patris ac diuina diſpenſatione occiſus eſt.

Verſ. 32. *Poſtquam autem — Galilaeam.*

Vbi triſtia praedixit, praedicit etiam conſolatoria. Praecedam, hoc eſt, praeueniam vos in Galilaeam, ibi vos excepturus.

Verſ. 33.

*) Καὶ omittit Cod. A. addit autem mox ante ὅτι.

Vers. 30. Καὶ — ἐλαιῶν.

Ηὐχαρίστησε μὲν πρὸ τῆς διανομῆς, ὕμνησε δὲ, μετὰ τὴν διανομὴν, ἵνα καὶ ἡμεῖς οὕτω ποιῶμεν εὐχαριστοῦντες καὶ δοξάζοντες τὸν θεὸν, τὸν ἀξιοῦντα ἡμᾶς τοιούτων ἀγαθῶν. ἐξῆλθε δὲ εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἵνα μὴ δόξῃ κρύπτεσθαι, καὶ ἵνα μὴ στάσις ἐν τῇ πόλει γένηται δι' αὐτόν. τὸ δὲ ὄρος τῶν ἐλαιῶν [p]) πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν κέδρων ἦν, κατὰ τὴν ἰωάννου γραφὴν, ὅπου ἦν καὶ κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ᾔδει δὲ, φησι, καὶ ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, τὸν τόπον, ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. δῆλον οὖν, ὅτι τὰ πολλὰ ἔξω διενυκτέρευεν ἐν τοῖς ὄρεσι· τοῦτο μὲν, εὐχῆς ἀπεριστάστου χάριν· τοῦτο δὲ καὶ, ἵνα κοινωνῇ τοῖς μαθηταῖς λόγων μυστικωτέρων. πρὸ μέντοι τοῦ ἐξελθεῖν εἰς τὸ ὄρος πολλὰ εἶπεν, ὧν τὰ μὲν ὁ λουκᾶς, τὰ δὲ ὁ ἰωάννης ἱστόρησαν.

p) Io. 18, 1. 2.

Vers. 31. Τότε λέγει — ποίμνης.

Σκανδαλισθήσεσθε, ἀντὶ τοῦ, σαλευθήσεσθε τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν, ἤγουν, φεύξεσθε. τοῦ προφήτου δὲ ζαχαρίου [q]) τὸ ἑξῆς ῥητόν. λέγεται δὲ ὁ πατὴρ πατάξαι τὸν υἱὸν, ὡς παταγῆναι αὐτὸν συγχωρήσας, εἴτουν, ἀναιρεθῆναι. δηλοῦται δὲ καὶ [5]) ἐντεῦθεν, ὅτι κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς ἀναιρεθήσεται διὰ τὴν οἰκονομίαν.

q) Zach. 13, 7.

Vers. 32. Μετὰ δὲ — γαλιλαίαν.

Προειπὼν τὰ λυπηρὰ, προλέγει καὶ τὰ παραμυθούμενα. προάξω δὲ, ἀντὶ τοῦ, προλαβῶ ὑμᾶς εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἐκεῖ ἐκδεχόμενος.

Verſ. 33. *Reſpondens — offendar.*

Quum maxime deprecari opus fuiſſet, ac dicere, Domine auxiliare nobis. Ille in tribus errauit. Primum quod prophetae ac Chriſto contradixit. Secundo quod ſe aliis praepoſuit. Tertio quod in ſeipſo ſolo, et non in diuino auxilio fiduciam habuit: ideo etiam cadere permittitur, vt corripiatur ac diſcat non nimis in ſeipſo confidere: et caeteri quoque corripiantur. Quod autem ait Lucas, Simon Simon ecce Satanas expetiuit vos, etc. alio dixit tempore, priusquam videlicet egrederetur in montem oliuarum: ideo etiam alterius ſunt illa propoſiti ac ſermonis.

Verſ. 34. *Ait — me abnegabis.*

Priusquam gallus canat, id eſt, antequam vllius temporis expleat ſonos. Solet namque gallus variis temporibus ſaepius canere, deinde ceſſare, et poſt aliquantum temporis rurſus ab altero principio canere. Hoc autem Marcus planius ſignificauit dicens, Tu hodie in hac nocte priusquam bis gallus cecinerit, ter abnegabis me. Negationem vero dicit, aſſertionem, quod ſe non nouerit Petrus. Dicit enim Lucas, Non canet hodie gallus prius quam ter abneges, te noſſe me.

Verſ. 35. *Dicit — abnegabo.*

Quanto firmius affirmat Chriſtus, tanto Petrus ediuerſo maiorem oſtendit fortitudinem: vehemens enim erat in ipſo affectus propriae confidentiae, ideo miſerum patitur naufragium: a diuino auxilio ſolus relictus, vt eius arguatur infirmitas. Vide

Vers. 33. Ἀποκριθεὶς — σκανδαλισθήσομαι.

Δέον μάλιστα δεηθῆναι, καὶ εἰπεῖν, κύριε βοήθησον ἡμῖν· ὁ δὲ τρία ὁμοῦ πταίει. πρῶτον, ὅτι ἀντεῖπε καὶ τῷ προφήτῃ, καὶ τῷ χριστῷ· δεύτερον, ὅτι τῶν ἄλλων ἑαυτὸν [6]) προέθηκε· τρίτον, ὅτι ἑαυτῷ μόνῳ, καὶ οὐ τῇ βοηθείᾳ τοῦ θεοῦ τεθάῤῥηκε. διὸ καὶ συγχωρεῖται πεσεῖν, ἵνα συσταλῇ, καὶ μάθῃ, μὴ σφόδρα θαῤῥεῖν ἑαυτῷ, καὶ παιδευθῶσι καὶ ἕτεροι. ὅπερ δέ φησι λουκᾶς, ὅτι σίμων r) σίμων, ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, r) Luc. 22, 31. καὶ τὰ ἑξῆς, καθ' ἕτερον εἶπε καιρὸν, πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. διὸ καὶ ἑτέρου λόγου εἰσὶν ἐκεῖνα.

Vers. 34. Ἔφη — ἀπαρνήσῃ με.

Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀντὶ τοῦ, πρὶν τὰς φωνὰς πληρῶσαι τῆς ἀγωγῆς. εἴωθε γὰρ ὁ ἀλέκτωρ καθ' ἑκάστην ἀγωγὴν πολλάκις φωνεῖν, εἶτα διαναπαύεσθαι, καὶ μετά τινα καιρὸν πάλιν ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φωνεῖν. τοῦτο δὲ μάρκος ἐσαφήνισεν εἰπών· σὺ s) σήμερον ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν s) Marc. 14, 30. ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. ἄρνησιν δὲ λέγει, τὴν τοῦ μὴ εἰδέναι αὐτόν· φησὶ γὰρ ὁ λουκᾶς, οὐ t) μὴ φωνήσῃ σήμερον ἀλέκτωρ, t) Luc. 22, 34. πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ, μὴ εἰδέναι με.

Vers. 35. Λέγει — ἀπαρνήσομαι.

Ὅσον διαβεβαιοῦται ὁ χριστὸς, τοσοῦτον ὁ πέτρος ἀντισχυρίζεται. σφοδρὸν γὰρ ἐν αὐτῷ τὸ πάθος τῆς ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθήσεως. διὸ καὶ χαλεπὸν ὑφίσταται ναυάγιον, ἔρημος τῆς παρὰ θεοῦ βοηθείας ἀπολειφθεὶς, καὶ ἐλεγχθεὶς, ὅτι ἀσθε-

6) Προὔθηκε. Cod. A.

Vide autem quomodo post haec sit ad modestiam reuocatus. Siquidem quum post resurrectionem de Iohanne dixisset, Domine hic autem quid? et impositum esset ei silentium, illico obticuit. Et ante assumptionem quum audisset, Non est vestrum nosse tempora vel occasiones temporum, similiter conticuit. Et post haec de linteo quum audisset, Quae Deus purificauit, tu communia ne dixeris, quanquam non intelligeret manifeste quod dicebatur, non tamen ausus est respondere. Haec autem omnia casus ille negationis correxit. Et ante hoc quidem, quicquid erat fidei in se reponebat, dicens: Ego tamen nunquam offendar: et, Nequaquam te abnegabo: quum addendum fuisset, si te habuero adiutorem. Postmodum autem de claudi sanatione palam dicebat, Quid nos intuemini quasi nostra virtute aut pietate effecerimus vt hic ambularet?

Hinc ergo magnum discimus documentum, quod neque humana promptitudo quicquam efficiat absque diuino auxilio, neque diuinum auxilium prosit absque promptitudine humana. Vtriusque rei exempla sunt Petrus et Iudas. Oportet ergo neque obdormire, omni negotio in Deum reiecto: neque rursum putare seipsos omne opus efficere. Siquidem nec totum operatur Deus, ne ociosi permaneamus: nec totum nobis permittit, ne gloriemur, sed ab vnoquoque quod nociuum est auferens, quod vtile est, nobis reliquit. Permisit itaque caeterorum principem cadere, non propter dictas tantum causas, verum etiam vt amplius amaret: cui enim dimissum fuerit amplius, hic amplius diliget.

Et

7) Pro κύριε, dat καί. Cod. A.

ἀσθενής ἐστιν. ὅρα γοῦν μετὰ ταῦτα, πῶς κατεσταλμένος ἐστί; καὶ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, εἰπὼν περὶ τοῦ ἰωάννου,[7] κύριε,[v] οὗτος δὲ τί; v) Io. 21, 22. καὶ ἐπιστομισθεὶς, αὐτίκα σεσίγηκε. καὶ πρὸ τῆς ἀναλήψεως, ἀκούσας, οὐχ[x] ὑμῶν ἐστὶ γνῶναι x) Act. 1, 7. χρόνους ἢ καιροὺς, ὁμοίως ἡσύχασε. καὶ μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς ὀθόνης ἐνωτισθεὶς, ὅτι[y] ἃ ὁ y) Act. 10, 15. θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου, καὶ οὐδὲ σαφῶς εἰδὼς τὸ ῥηθὲν, ὅμως οὐκ ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν. ταῦτα δὲ πάντα τὸ πτῶμα ἐκεῖνο τῆς ἀρνήσεως κατώρθωσε. καὶ πρὸ τούτου μὲν ἑαυτῷ τὸ πᾶν τῆς πίστεως ἀνετίθει, λέγων· ἐγὼ δὲ οὐδέποτε[z] z) Matt. 26, 33. σκανδαλισθήσομαι, καὶ, οὐ[a] μή σε[8] ἀπαρνήσωμαι, a) Matt. 26, 35. δέον παρακιρνᾶν τοῖς λόγοις, ὅτι ἐὰν ἔχω σε βοηθόν· ὕστερον δὲ, ἐπὶ τοῦ χωλοῦ, διαῤῥήδην ἔλεγεν, ὅτι[b] ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει b) Act. 3, 12. ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν;

Ἐντεῦθεν οὖν μέγα δόγμα[9] μανθάνομεν, ὡς οὔτε ἀνθρωπίνη προθυμία κατορθοῖ τι χωρὶς τῆς θείας ῥοπῆς, οὔτε θεία ῥοπὴ κέρδος φέρει χωρὶς ἀνθρωπίνης προθυμίας. καὶ ἀμφοτέρων παραδείγματα πέτρος καὶ ἰούδας. ὅθεν χρὴ μήτε τὸ πᾶν ἐπὶ τὸν θεὸν ῥίψαντας καθεύδειν, μήτε σπουδάζοντας, τὸ πᾶν ἑαυτοὺς οἴεσθαι κατορθοῦν· οὔτε γὰρ τὸ πᾶν ὁ θεὸς ἐργάζεται, ἵνα μὴ ἀργοὶ μένωμεν· οὔτε τὸ πᾶν ἡμῖν ἐφίησιν, ἵνα μὴ καυχώμεθα· ἀλλ' ἑκατέρου τὸ βλαβερὸν ἀφελὼν, τὸ χρήσιμον ἡμῖν ἀπολέλοιπεν. ἀφῆκεν οὖν τὸν κορυφαῖον πεσεῖν, οὐ μόνον διὰ τὰς ῥηθείσας αἰτίας, ἀλλὰ καὶ, ἵνα πλεῖον ἀγαπήσῃ. ᾧ τὸ[1] γὰρ πλεῖον ἀφεθῇ, πλεῖον ἀγαπήσει.

[8]) Ἀπαρνήσομαι. Cod. B. Ita quoque variant in contextu.
[9]) Μανθάνωμεν. Cod. A.
[1]) Respicit Luc. 7, 47. 48.

Et nos itaque credamus vbique Deo, nec contradicamus, etiam si quod ab eo dicitur contrarium esse videatur nostris cogitationibus et aspectibus: sit tamen firmior sermo eius nostris cogitationibus et aspectibus. Ita quoque in adorandis mysteriis faciamus, non ea solum quae proponuntur intuentes, sed sermonibus eius credentes. Quumque ille dicat, Hoc est corpus meum: et, Hic est sanguis meus: et pareamus et credamus. Siquidem etiam in baptismo, sensibilis quidem est aqua, sed intelligibile donum est regeneratio. Quia enim corpori conserta est in nobis anima, in sensibilibus intelligibilia tradidit nobis Deus.

Vers. 35. *Similiter — dixerunt.*

Imitantes et ipsi Petrum.

Vers. 36. *Tunc — illic.*

Solus abit ad orationem, docens oportere eum qui feruenter oraturus est, solitarium orare.

† † Vt homo precabatur, docens homines in tentationibus precari et ad deum intendere mentem atque ardentius eius implorare auxilium.

Vers. 37. *Et assumpto — moestus esse.*

† † Est timor quidam secundum naturam, cum animus non vult disiungi a corpore, propter insitam ei in principio a creatore compassionem et coniunctionem. Est vero etiam timor contra naturam

[a]) Haec vterque Codex habet in margine. A. quidem paullo inferius: B. hoc loco. Caret eo Hentenius.

Καὶ ἡμεῖς τὸ νῦν πειθώμεθα πανταχοῦ τῷ θεῷ, καὶ μὴ ἀντιλέγωμεν, καὶ εἰ τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενον ἐναντίον εἶναι δοκεῖ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς, καὶ ταῖς ὄψεσι, καὶ ἔξω καὶ λογισμῶν καὶ ὄψεων κυριώτερος ὁ λόγος αὐτοῦ. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων ποιῶμεν, μὴ τὰ προκείμενα μόνον βλέποντες, ἀλλὰ τοῖς λόγοις τοῦ δεσπότου πειθόμενοι. καὶ ἐπειδή φησι, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, καὶ πειθώμεθα καὶ πιστεύωμεν. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος αἰσθητὸν μὲν τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ νοητὸν τὸ δῶρον, ἡ ἀναγέννησις· ἐπεὶ γὰρ σώματι συμπέπλεκται ἡμῶν ἡ ψυχή, ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητὰ παρέδωκεν ἡμῖν ὁ θεός.

Verſ. 35. Ὁμοίως — εἶπον.

Μιμησάμενοι καὶ αὐτοὶ τὸν πέτρον.

Verſ. 36. Τότε — ἐκεῖ.

Μόνος ἄπεισιν εἰς προσευχὴν, διδάσκων, ὅτι χρὴ τὸν θερμῶς προσεύχεσθαι μέλλοντα, μεμονωμένον προσεύχεσθαι.

[Ὡς[2]) ἄνθρωπος προσηύξατο, διδάσκων τοὺς ἀνθρώπους, ἐν πειρασμοῖς προσεύχεσθαι, καὶ εἰς θεὸν ἀνατείνεσθαι, καὶ ἐκτενέστερον ἐπικαλεῖσθαι τὴν ἐκείνου βοήθειαν.]

Verſ. 37. Καὶ παραλαβὼν — ἀδημονεῖν.

[Ἔστι[3]) δειλία φυσικὴ, μὴ θελούσης τῆς ψυχῆς διαιρεθῆναι τοῦ σώματος, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐντεθεῖσαν αὐτῇ παρὰ τοῦ δημιουργοῦ φυσικὴν συμπάθειάν τε καὶ οἰκειότητα. καὶ ἔστι δειλία

3) Etiam haec vterque habet in margine. Apud Hentenium non legitur.

turam, qui ex neglectu sanae rationis et infidelitate oritur, veluti, cum quis nocte timet, propter spectra aut sonitus. Hunc timorem autem, qui contra naturam est, Christus non habuit.

Non ad orationem eos assumpsit, sed antequam oraret: vt seorsim separatis ab aliis discipulis suam ostenderet tristitiam. Marcus autem dicit, quod coepit expauescere, id est timere. Permisit enim naturae pati quod suum erat. Ἀδημονεῖν autem (pro quo Moestum esse vertimus) significat nunc acerbo esse animo. Moestitiam itaque et animi acerbitatem demonstrat: ostendens quod sicut omnino Deus est, ita omnino homo est: proprium est autem humanae naturae moestitiam pati propter mortem maxime violentam; hancque timere. Solis autem his demonstratur, vt qui soli spectatores fuerant diuinae gloriae ipsius in transfiguratione, et qui magis inter omnes poterant non turbari aut decidere.

Vers. 38. *Tunc — mecum.*

Manifestius naturae pandit infirmitatem tanquam homo. Quod autem ait, Vsque ad mortem, tantundem est ac si dicat, sicut in morte. Vigilare vero secum iubet eos consolationis gratia, sicut moris est in afflictionibus. Deinde etiam hos ibi relinquit, et solus abit ad orandum.

Vers. 39. *Et progressus — suam.*

Lucas vero etiam spatii dixit mensuram, quod auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis.

Vers. 39.

παρὰ φύσιν, ἐκ προδοσίας λογισμῶν καὶ ἀπιστίας συνισαμένη, ὡς ὅταν τις ἐν νυκτὶ δειλιᾷ, διὰ τὰ φάσματα καὶ τοὺς ψόφους. ταύτην δὲ τὴν δειλίαν, ὡς παρὰ φύσιν, ὁ χριστὸς οὐ προσήκατο.]

Οὐκ εἰς τὴν προσευχὴν παρέλαβεν αὐτοὺς, ἀλλὰ πρὸ τῆς προσευχῆς, ἰδίᾳ τῶν ἄλλων μαθητῶν, ὥστε μόνον ἐνδείξασθαι αὐτοῖς τὰ τῆς λύπης. μάρκος δὲ φησιν, ὅτι [c]) ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι, ἤγουν, δειλιᾷν. ἐφῆκε γὰρ τῇ φύσει πάσχειν τὸ ἴδιον. ἀδημονεῖν δὲ νῦν, τὸ βαρυθυμεῖν νοεῖται. τὴν μὲν οὖν λύπην καὶ βαρυθυμίαν ἐνδείκνυται, δεικνύων, ὅτι ὥσπερ τὰ πάντα θεός ἐστιν, οὕτω καὶ τὰ πάντα ἄνθρωπος. ἴδιον δὲ ἀνθρωπίνης φύσεως, λυπεῖσθαι διὰ τὸν θάνατον, καὶ μάλιστα τὸν βίαιον, καὶ φοβεῖσθαι τοῦτον. μόνοις δὲ τούτοις ἐνδείκνυται, ὡς μόνοις θεωροῖς γεγονόσι καὶ τῆς ἐν τῇ μεταμορφώσει θείας δόξης αὐτοῦ, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων δυναμένοις μὴ θορυβηθῆναι καὶ καταπεσεῖν. c) Marc. 14,33.

Vers. 38. Τότε — μετ' ἐμοῦ.

Φανερώτερον ἐξαγορεύει τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως, ὡς ἄνθρωπος. τὸ δὲ, ἕως θανάτου, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν θανάτῳ. γρηγορεῖν δὲ μετ' αὐτοῦ κελεύει, παραμυθίας ἕνεκεν, ὡς ἔθος τοῖς ἐν περιστάσεσιν. εἶτα καὶ τούτους ἀφίησιν ἐκεῖ, καὶ μόνος ἄπεισιν εἰς τὴν προσευχήν.

Vers. 39. Καὶ προελθὼν — αὐτοῦ.

Λουκᾶς δὲ καὶ τὸ μέτρον τοῦ διαστήματος εἶπεν, ὅτι ἀπεσπάσθη [d]) ἀπ' αὐτῶν, ὡσεὶ λίθου βολήν. d) Luc. 22,41.

Verſ. 39. *Orans — ſicut tu.*

Dicens, ſi poſſibile eſt tranſeat a me poculum iſtud, humanum demonſtrauit timorem, poculum vocans mortem. Dicens autem, Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, docuit quod natura licet retrahente, ſequi oporteat Dei voluntatem, illamque propriae voluntati praeponere, tanquam maxime vtilem. Quod vero ait, Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu: planius retulit Lucas dicens, Veruntamen non mea voluntas ſed tua fiat. Marcus autem dicit quod orabat, vt ſi poſſibile eſſet, transiret a ſe hora, videlicet mortis. Et quod dicebat, Abba pater omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer poculum hoc a me, ſed non quod ego volo, ſed quod tu. Dictio Abba Hebraica eſt, ſignificans idem quod pater: ideo quoque ſua interpretatio appoſita eſt. Quod autem additur, ſed non quod ego volo, ſed quod tu, defectiua oratio eſt: deficit enim, Fiat: nam completa oratio eſt: Fiat non quod ego volo, ſed quod tu.

Apud Lucam vero ſcriptum eſt, Pater ſi vis transferre poculum hoc a me: et ſimiliter eſt oratio defectiua: deficit enim, Transfer. Vt homo autem dicebat, ſi poſſibile eſt, hoc eſt quatenus fieri poteſt: humanum eſt enim timere. Veriſimile eſt autem omnia per partes dicta eſſe. Solemus enim in precationibus vnum et idem vario modo dicere.

Verſ. 40.

4) Γενέσθω. Cod. A.
5) ἵνα omittit Cod. A.
6) Ὅτι omittit Cod. A.

Verſ. 39. Προσευχόμενος — ὡς σύ.

Εἰπὼν μὲν, ὅτι εἰ δυνατόν ἐςι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, ἔδειξε τὴν ἀνθρωπίνην δειλίαν· ποτήριον λέγων, τὸ τοῦ θανάτου· εἰπὼν δὲ, ὅτι πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ, ἐδίδαξεν, ὅτι καὶ τῆς φύσεως ἀνθελκούσης, χρὴ ἕπεσθαι τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ, καὶ προτιμᾶν αὐτὸ τοῦ ἰδίου θελήματος, ὡς λυσιτελέςερον. τὸ δὲ, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, σαφέςερον ὁ λουκᾶς ἀπήγγειλεν, εἰπὼν, πλὴν [e]) μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν [4]) γινέσθω. μάρκος δὲ φησιν, ὅτι [f]) προσηύχετο, [5]) ἵνα, εἰ δυνατόν ἐςι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἤγουν, ἡ τοῦ θανάτου· καὶ [6]) ὅτι ἔλεγεν, ἀββὰ ὁ πατήρ, πάντα δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο· ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. τὸ μὲν οὖν ἀββὰ, ἑβραϊκὴ λέξις ἐςὶ, σημαῖνον τὸ ὁ πατήρ. διὸ καὶ ἡ ἑρμηνεία τούτου προσετέθη· τὸ δὲ, οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ, ἐλλιπῆ εἰσιν. ἐλλείπει γὰρ τὸ, γινέσθω. ἔςι γὰρ τὸ πλῆρες, ὅτι γινέσθω, οὐχ ὃ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὃ σύ.

e) Luc. 22, 42.

f) Marc. 14, 35. 36.

Παρὰ δὲ τῷ λουκᾷ γέγραπται, [g]) πάτερ, εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. καὶ ἔςι καὶ τοῦτο ἐλλιπές. ἐλλείπει γὰρ τὸ, παρένεγκε. ὡς ἄνθρωπος δὲ εἶπεν, εἰ δυνατόν ἐςιν, ἀντὶ τοῦ, εἰ ἐνδεχόμενον. ἀνθρώπινον γὰρ τὸ [7]) ἐπιδοιάζειν. ὡς γὰρ θεὸς ἐγίνωσκεν, εἴτε δυνατὸν ἦν, εἴτε ἀδύνατον. εἰκὸς δὲ, πάντα ῥηθῆναι ἀνὰ μέρος. εἰώθαμεν γὰρ ἐν ταῖς προσευχαῖς διαφόρως τὸ αὐτὸ λέγειν.

g) Luc. 22, 42.

Verſ. 40.

7) Frequentius legitur ἐνδοιάζειν. Sed hoc quoque probum.

Verſ. 40. *Et venit — ſic?*

Sic per modum interrogationis legendum eſt. Pudore namque affecit eum. Atqui etiam alii dormiebant. Sed hunc vehementius obiurgauit tanquam magis temerarium, dicens: Sic te promiſiſti facturum?

Verſ. 40. *Non — mecum?*

Mecum mori promiſiſtis, et non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Marcus autem ait dixiſſe Petro: Simon dormis? Non potuiſti vna hora vigilare? Praecipue enim ad illum direxit ſermonem, deinde etiam ad alios.

Verſ. 41. *Vigilate — tentationem.*

Non vobisipſis confidatis, neque magna promittatis, ſed attendite et orate ne intretis in tentationem. Quidam vero, Tentationem interpretantur hic de negatione.

Verſ. 41. *Spiritus quidem — infirma.*

Anima quidem prompta eſt, et audenter accedit periculum: caro vero quum infirma ſit, formidat, nec adeo conſtans eſt: ideo conuenit ne promptitudinem animae attendentes inſoleſcant, ſed carnis infirmitatem aduertentes modeſti ſint.

Verſ. 42. *Rurſus — voluntas tua.*

Marcus autem ſcripſit quod eundem dixerit ſermonem. Veriſimile eſt ergo et hunc et illum dixiſſe.

Verſ. 43.

Verſ. 40. Καὶ ἔρχεται — οὕτως;

Τὸ οὕτως; κατ᾽ ἐρώτησιν ἠθικὴν ἀναγνωςέον. ἐνέτρεψε γὰρ αὐτὸν, καίτοι καὶ τῶν ἄλλων καθευδόντων· ἀλλὰ τούτου διαφερόντως καθήψατο, ὡς προπετεςέρου, λέγων· οὕτως ὑπέσχου;

Verſ. 40. Οὐκ — μετ᾽ ἐμοῦ;

Σὺν ἐμοὶ ἀποθανεῖν ἐπηγγείλασθε, καὶ οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ᾽ ἐμοῦ; μάρκος δὲ φησιν, ὅτι λέγει τῷ πέτρῳ,[h]) σίμων, καθεύδεις; οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι; προηγουμένως μὲν γὰρ πρὸς ἐκεῖνον ἀπετείνατο, εἶτα καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους. h) Marc. 14,37.

Verſ. 41. Γρηγορεῖτε — πειρασμόν.

Μὴ θαῤῥεῖτε ἑαυτοῖς, μηδὲ ἐπαγγέλλεσθε μεγάλα, ἀλλὰ προσέχετε καὶ προσεύχεσθε, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. τινὲς δὲ πειρασμὸν ἐνταῦθα, τὸν τῆς ἀρνήσεως ἑρμηνεύουσι.

Verſ. 41. Τὸ μὲν πνεῦμα — ἀσθενής.

Ἡ μὲν ψυχὴ προθυμεῖται καὶ κατατολμᾷ τοῦ κινδύνου· ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς οὖσα, ὑποςέλλεται καὶ οὐκ εὐτονεῖ. διὸ προσήκει, μὴ, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν βλέποντας, θρασύνεσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς ἀσθένειαν ὁρῶντας, μετριοφρονεῖν.

Verſ. 42. Πάλιν — θέλημά σου.

Ὁ δὲ μάρκος ἔγραψεν, ὅτι τὸν αὐτὸν[i]) λόγον εἶπεν, ὃν καὶ πρότερον. εἰκὸς δὲ, καὶ ἐκεῖνον, καὶ τοῦτον εἰπεῖν. i) Marc. 14, 39.

Verſ. 43.

Verſ. 43. *Et venit — grauati.*

Grauabantur non tantum ſomno, ſed et moerore, ſicut dixit Lucas. Iam enim certiores facti erant de morte ipſius. Marcus vero dixit, Et neſciebant quid ei reſponderent.

Verſ. 44. *Et relictis — dicens.*

Secundo et tertio orauit, docens quod ſaepius orare oporteat, et non defatigari. Venit autem ſecundo ad diſcipulos, conuincens infirmitatem illorum, qui poſt correptionem meliores redditi non fuiſſent, ſed adeo ſomno demerſi eſſent, vt neque reſpondere ei poſſent: ideo tunc non obiurgauit eos.

Lucas autem latius dixit, quod apparauit illi angelus de coelo confortans eum: dicens videlicet ei tanquam homini vt confortaretur ac roboraretur. Quodque factus in agonia, hoc eſt angore correptus protendebat orationem: docens nos, vt in neceſſitatibus orationem protendamus. Et quod factus eſt ſudor eius ſicut grumi ſanguinis decurrentes in terram. Grumi ſanguinis, hoc eſt, craſſiſſimae ſanguinis guttae: ſignificans non quod ſanguinem ſudauerit, ſed quod craſſos deduxerit ſudores. Ne fictio videatur quod factum eſt, non in facie tantum moeſtitiam demonſtrat, ſed et manifeſtius hanc prodit: et orat frequentius: angelusque ei apparet, ad fortitudinem exercens: et angore corripitur, ac protendit orationem: craſſique

ᵹ) Lexicon Inedit. Θρόμβος· πεπηγὸς αἷμα.
ᵞ) Theophylact. p. 521. C. σαγόσιν ἀδρεῖς ἱδρώτων περιεστάζετο. Theophanes Ceramicus pag. 191. θρομβοειδεῖς ἱδρῶτας ἀπέσαξεν.

Vers. 43. Καὶ ἐλθὼν — βεβαρημένοι.

Βεβάρηντο, οὐ τῷ ὕπνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ λύπῃ, καθὼς εἶπε k) Λουκᾶς. ἤδη γὰρ ἐπληροφορήθησαν περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. ὁ δὲ Μάρκος εἶπεν, ὅτι καὶ l) οὐκ ᾔδεισαν, τί αὐτῷ ἀποκριθῶσιν.

k) Luc. 22, 45.
l) Marc. 14, 40.

Vers. 44. Καὶ ἀφεὶς — εἰπών.

Ἐκ δευτέρου μὲν, καὶ ἐκ τρίτου προσηύξατο, διδάσκων, ὅτι χρὴ πολλάκις προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἀποκάμνειν. ἦλθε δὲ τὸ δεύτερον πρὸς τοὺς μαθητὰς, ἐλέγχων τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν, ὡς μηδὲ μετὰ τὴν ἐπιτίμησιν βελτιωθέντων, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον βεβαπτισμένων τῷ ὕπνῳ, ὅσον μηδὲ δύνασθαι ἀποκριθῆναι αὐτῷ. διὸ οὐδὲ καθήψατο αὐτῶν τηνικαῦτα.

Λουκᾶς δὲ πλατύτερον εἶπε, καὶ ὅτι m) ὤφθη αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτὸν, ἤγουν, ἰσχύειν καὶ κραταιοῦσθαι ἐπιφθεγγόμενος, ὡς ἀνθρώπῳ· καὶ, ὅτι καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ ἐκτενέστερον προσηύχετο· παιδεύων ἡμᾶς, ἐν ἀνάγκαις ἐκτενέστερον προσεύχεσθαι· καὶ, ὅτι ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ, ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν. θρόμβοι δὲ αἵματος, οἱ παχύτατοι σταλαγμοὶ τοῦ αἵματος. τοῦτο δὲ εἶπε, δηλῶν, οὐχ ὅτι αἷμα ἵδρωσεν, ἀλλ' ὅτι παχεῖς κατῆγεν ἱδρῶτας ὑπὸ τῆς ἀγωνίας. ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ ὑπόκρισις τὸ γινόμενον, οὐκ ἐπὶ τοῦ προσώπου μόνον ἐνδείκνυται τὴν λύπην, ἀλλὰ καὶ φανερώτερον ἐξαγορεύει ταύτην, καὶ προσεύχεται πυκνότερον, καὶ ἄγγελος αὐτῷ φαίνεται πρὸς [1]) ἀνδρείαν ἐπαλείφων, καὶ ἔτι ἀγωνιᾷ, καὶ ἐκτε-

m) Luc. 22, 43. 44.

[1]) Ἀνδρίαν. Cod. A.

crassique defluunt sudores. Haec autem omnia et facit et patitur confirmans, quod non phantastice humanitatem assumpserit, sed iuxta veritatem. Etenim si etiam his ita factis quae ad humanitatem pertinebant, quidam adhuc eius incarnationem non credunt, quanto magis increduli essent, si haec facta non fuissent?

Dignum est autem, vt inquiramus, unde didicerint euangelistae, quid tunc orans dixerit, et quoties orauerit: ac vt semel dicam de angelo et caeteris quae ab hoc loco sequuntur? siquidem discipuli omnes tunc dormiebant, postmodum vero eo relicto fugerunt. Mihi sane apparet quod post resurrectionem praeceptor ipse etiam haec discipulis dixerit, quando per dies quadraginta eis apparauit, sicuti refert Actorum liber.

Verſ. 45. *Tunc — requieſcite.*

Pudore suffundens eos ac obiurgans hoc dicit, quod in articulo periculi dormitarent, quum tamen multis eos vigilare praecepisset et orare: illi autem obliuioni cuncta tradidissent, ac si diceret: Ex quo hactenus non vigilastis, iam deinceps dormite et requiescite, si potestis.

Verſ. 45. *Ecce appropinquauit hora.*

Hora proditionis. Marcus autem ait eum ante hunc sermonem dixisse ἀπέχει aufert, hoc est, accepit aduersum me diabolus potestatem. Vel abscedunt quae de me sunt, siue finem habent. Nam etiam apud Lucam dixit, Ea quae sunt de me finem habent.

Verſ. 45.

ἐκτενέστερον προσεύχεται, καὶ ἱδρῶτες ἁδροὶ καταῤῥέουσι, καὶ πάντα ταῦτα καὶ ποιεῖ καὶ πάσχει, βεβαιῶν, ὅτι οὐ κατὰ φαντασίαν ἐνηνθρώπησεν, ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν. εἰ γὰρ καὶ τούτων ἀνθρωποπρεπῶς οὕτω γενομένων, καὶ τῆς μαρτυρικῆς καταδεέστερον γενναιότητος, ὅμως εἰσί τινες ἀπιστοῦντες τῇ ἐνανθρωπήσει αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον ἠπίστουν ἄν, εἰ μὴ ταῦτα γέγονεν.

Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, πόθεν οἱ εὐαγγελισταὶ μαθόντες συνεγράψαντο, τί τε προσευχόμενος εἶπε τηνικαῦτα, καὶ ποσάκις προσηύξατο, καὶ ἁπλῶς τὰ περὶ τοῦ ἀγγέλου, καὶ τὰ ἑξῆς, οἱ μαθηταὶ γὰρ πάντες τότε μὲν ἐκάθευδον· ὕστερον δὲ ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον. δοκεῖ γάρ μοι, μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ὁ διδάσκαλος εἰπεῖν καὶ ταῦτα τοῖς μαθηταῖς, ὅτε δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα [n]) ὀπτανόμενος ἦν αὐτοῖς, ὡς ἡ βίβλος φησὶ τῶν πράξεων.

n) Act. 1, 3.

Vers. 45. Τότε — ἀναπαύεσθε.

Ἐντρέπων αὐτοὺς τοῦτο λέγει, καὶ καθαπτόμενος, οἷα κοιμωμένων ἐν καιρῷ κινδύνου, καὶ τῶν πολλῶν αὐτοῦ περὶ τοῦ γρηγορεῖν καὶ προσεύχεσθαι παραγγελιῶν ἐπιλαθομένων, ὡσανεὶ λέγων, ἐπεὶ μέχρι τοῦ νῦν οὐκ ἐγρηγορήσατε, τὸ λοιπὸν καθεύδετε, καὶ ἀναπαύεσθε, εἰ δύνασθε.

Vers. 45. Ἰδού, ἤγγικεν ἡ ὥρα.

Ἡ τῆς προδοσίας. μάρκος δέ φησιν, εἰπεῖν αὐτὸν, πρὸ τοῦ λόγου τούτου, ὅτι [o]) ἀπέχει, τουτέστιν, ἔλαβε τὴν κατ' ἐμοῦ ἐξουσίαν ὁ διάβολος, ἢ ἀπέχει τὰ κατ' ἐμὲ, ἤγουν, πέρας ἔχει. καὶ γὰρ καὶ παρὰ τῷ λουκᾷ εἴρηκεν, ὅτι τὰ [p]) περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει.

o) Marc. 14, 41.

p) Luc. 22, 37.

Verſ. 45. *Et — peccatorum.*

Hoc manifeſtum eſt.

Cap. LXV. De traditione Ieſu.

Verſ. 46. *Surgite — me tradit.*

Etiam hinc oſtendit, quod voluntarie pateretur. Praeſciens enim eos qui cum proditore venirent, non fugit, ſed potius in occurſum eorum exire feſtinat, dicens, Eamus ad illos. Lucas autem ait eum dixiſſe diſcipulis, Vt quid dormitis? ſurgite et orate, vt non intretis in tentationem. Veriſimile eſt ergo haec primum dixiſſe, deinde addidiſſe, ſurgite, eamus.

Verſ. 47. *Et adhuc — populi.*

Vnus de duodecim additur pro indicio ad ſignificandum, quod e primo diſcipulorum choro erat. Et poſitum eſt hoc in Iudae accuſationem. Tangit autem hoc et alios diſcipulos, non tamen pudeſiunt ſcribentes ea euangeliſtae: Vbique enim veritati ſtudent. Iohannes vero de Iuda dicit, quod ſumpta cohorte et a pontificibus et phariſaeis miniſtris, venit illuc cum laternis et facibus ac armis.

Verſ. 48.

2) πρόκειται. Cod. A.

3) Lexicon inedit. σπεῖρα· σύναξις, πλῆθος ςρατευμάτων.

Verf. 45. — Καὶ — ἁμαρτωλῶν.

Τοῦτο σαφές.

Κεφ. ΞΕ. Περὶ τῆς παραδόσεως τοῦ ἰησοῦ.

Verf. 46. Ἐγείρεσθε — παραδιδούς με.

Κἀντεῦθεν ἔδειξεν, ὅτι ἑκὼν ἀποθανεῖται. προειδὼς γὰρ, ἐρχομένους τοὺς περὶ τὸν προδότην, οὐ μόνον οὐκ ἔφυγεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀπάντησιν αὐτῶν ἐξιέναι παρασκευάζεται, λέγων· ἄγωμεν πρὸς αὐτούς. λουκᾶς δέ φησιν, εἰπεῖν αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς, τί q) καθεύδετε; ἀναστάντες προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. εἰκὸς δὲ τοῦτο πρῶτον εἰπεῖν, εἶτα ἐπειπεῖν, τὸ ἐγείρεσθε, ἄγωμεν. q) Luc. 22, 46.

Verf. 47. Καὶ ἔτι — τοῦ λαοῦ.

Εἷς τῶν δώδεκα [2]) πρόσκειται γνώρισμα, δηλοῦν, ὅτι ἐκ τοῦ πρώτου χοροῦ τῶν μαθητῶν ἦν. καὶ ἔστι μὲν τοῦτο κατηγορία τοῦ ἰούδα· καθάπτεται δὲ καὶ τῶν ἄλλων μαθητῶν· ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνονται τοῦτο γράφοντες οἱ εὐαγγελισταί. πανταχοῦ γὰρ τῆς ἀληθείας φροντίζουσιν. ὁ δ' ἰωάννης περὶ τοῦ ἰούδα φησὶν, ὅτι r) λαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων. ἡ σπεῖρα [3]) μὲν οὖν ἦν, τάγμα στρατιωτικὸν, χρήμασιν ἀναπεισθεῖσα. φανοὶ δὲ, τὰ λεγόμενα φανάρια. r) Io. 18, 3.

 Verf. 48.

Verſ. 48. *Qui — eum.*

†† Proditor ad exemplum Iudae eſt, qui rationem prodit affectibus et modeſtiam mentis immodeſtiae actionum. Negat autem illum, ſicuti Petrus, qui propter metum honeſta deſerit.

Poſt tanta argumenta occultare ſtudebat quod ipſe eum proderet, ideo palam quidem non prodit, ſed oſculum effingit, fiduciam habens de manſuetudine ſaluatoris, quod eum non repelleret, quum id magis ſufficeret, vt eum confunderet, omnique venia priuaret, qui adeo humanum prodebat. Timens autem ne forte inſidiatores effugeret, quod frequenter fecerat, admonet dicens, Apprehendite eum et abducite caute: hoc enim addidit Marcus.

Sed Chriſtus hunc euincens, quod fruſtra ſe ficto ſigno munierit, ac oſtendens quod ſe inuitum nequaquam poſſent comprehendere, egreſſus dixit eis, ſicut ſcripſit Iohannes, Quem quaeritis? Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus, Ego ſum. Stabat autem et Iudas qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abierunt retrorſum, et ceciderunt in terram. O verbi potentiam. Non potuerunt ſuſtinere tantum, Ego ſum: ideo quum et faces haberent et lampades, excaecati ſunt vna cum proditore. Praeterea quum gladiis et fuſtibus armati eſſent, diſſo-

4) Incluſa Codex A. habet in margine. Hentenius non habet.

5) Παρχδούς. Cod. A.

6) Δὲ omittit Cod. A.

7) Chryſoſt. Tom. VII p. 793. A.

Verſ. 48. Ὁ — αὐτόν.

[Προδότης[4]) μὲν, κατὰ τὸν ἰούδαν, ὁ[5]) προδιδοὺς τὸν λόγον τοῖς πάθεσι, καὶ τὴν εὐνομίαν τῆς ψυχῆς τῇ παρανομίᾳ τῶν πράξεων. ἀρνεῖται δὲ αὐτὸν, κατὰ τὸν πέτρον, ὁ διὰ φόβον τὸ καλὸν παραιτούμενος.]

Μετὰ τοσοῦτον[6]) δὲ ἔλεγχον, λαθεῖν ἐσπούδαζεν, ὅτι αὐτὸς αὐτὸν προδίδωσι. διὸ καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ μὲν οὐ προδίδωσι, σχηματίζεται δὲ τὸ φίλημα, θαῤῥήσας τῇ ἡμερότητι τοῦ σωτῆρος, ὅτι οὐκ ἀπώσεται αὐτὸν, ὃ καὶ[7]) μᾶλλον ἱκανὸν ἦν ἐντρέψαι τοῦτον καὶ πάσης ἀποστερῆσαι συγγνώμης, ὅτι τὸν οὕτω πρᾳότατον προεδίδου. Φοβηθεὶς δὲ, μήποτε διαφύγῃ τοὺς ἐπιβουλεύοντας, ὃ πολλάκις ἐποίησε, παρήγγειλεν, ὅτι [s]) κρατήσατε αὐτὸν, καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς. τοῦτο γὰρ ὁ μάρκος προσέθηκεν. s) Marc. 14, 44.

